




¶ DE NECESSITATE
peccati Adæ / & fœli-
citate culpæ eiusdem:
apologetica discepta-
tio.

PARISIIS.
Apud Henricum Ste-
phanum.

1519

H S



REVERENDO IN CHRISTO patri ac domino.
D. IOANNI GOZTHONI Ecclesiæ Iau-
riensis in Pannonia Episcopo clarissimo: Iudo-
cus Clichtouensis Neoportuensis | sacræ theo-
logiæ professor humillimus: perpetuam in do-
mino salutem.



Docet nos psalmographus pa-
riter & hortatur Antistes excel-
lentissime: deo nostro iocundā
esse debere decoramq; laudatio-
nem/ quę scilicet nichil contine-
at summæ illius maiestati inde-
cens | nichil inconcinnum / ni-
chil deniq; minus consonum. Cuius salutari hor-
tatu admoniti/ debet qui gratas deo laudes exolue-
re volūt: ea quę ad pietatē spectant/ religiosamq; ve-
neraticnem dei præconia in sacris qdib; concini
solita: cupide & per q libenter amplecti. Si qua vero
offendat qnq; a reuerētia diuini cultus ac dignitate
videtur abhorrētia & aliena: nō leuiter ac temere il-
la admittere/ sed discutere pri⁹ atq; trutinare. dein
de si talia cōperiātur: ad ea reuellēda aut in meliore
laudis formā cōmutāda/ pro virib; mature eniti, ne
plaudē ea deo personēt: quę eminētissima sublimi-
tate eius & angusta celsitudine sunt indigna. Quod
cū ipse superioribus annis tētassēm/ scriptoq; reli-
quissē in elucidatorio ecclesiastico/ aplissimę tuę pa-
ternitati nūcupato/ duas istas ppositiones. O certe
necessariū Adę peccatū: qđ CHRISTI morte deletū
est. O fœlix culpa: quę talē ac tantū meruit habere
redemptorem. sacræ benedictioni cærei paschalis
plerisq; in libris insertas: minus esse dignas quæ
a.ii.

Epist.

diuinis laudibus adhíberentur. q̄ michi viderentur nescio quid absurdum & auditu horridum sonare: ob elogium laudis & præconij/ ipsi peccato Adæ præter eius conditionem ascriptum, accepi nonnullos illis meis verbis esse offensos: ægregi tulisse illarum iam dictarum orationum improbationem/ quas tam diuturnus ecclesiæ (vt dicūt) recepit usus. Alios vero acerbius temeritatis & arrogantiæ me insimulasse: q̄ duas illas propositiones a beato Gregorio (vt ferunt) compositas & in totius ecclesie ritum iam diutius assumptas/ refutare damnareq; tentarim. ¶ Cæterum ipse ab altissimo euāgelicæ legis præcone Paulo/admonitus: q̄ nemini dare debeam ullam offensionē. & a principiis apostolorū Petro edoctus: q̄ paratus sim ad satisfactionem omni poscenti reddere rationē de ea quæ in me est fide & spe: constitui declaratoria meæ intelligentiæ interpretatione offendiculū omne si quod obortum est sustolleret & obiectis michi crimini bus cū modestia respondere. vt compertum sit omnibus/necq; me præter rationem eas propositiones in eo (quæ prætendunt) sensu improbabile. & id anceps/ambiguūq; nō immerito haberi: an aliquis assignari possit sensus pius & rectus/ in quo dictæ propositiones approbari queant/ riteq; deo cōcini, quod disceptatoria indagine in præsente opusculo disquirere tentabo. ¶ Porro hanc disceptationem/ eximii tui nominis amplitudini dicatam volui/dignissime presul: q̄ cum apud Parisios diuersarieris sacrarū literarū studio intētissimus/audirescit duas illas orationes in officio ecclesiastico hic decātari: quas nec i signis ecclesia tua Iauriefis canit/nec plesseq; alia, eū cātandi morē non admodū probauit

egregia tua prudentia. q̄ in eo/ videretur loco vir-
tutis propemodū cōmendari vitium/ & eas sibi lau-
dū partes vendicare peccatū: quæ merito debentur
probitati & honesto. Eoq̄ me perpulit grauissima
tua sententia/ rationibus haudquaq̄ futilibus sub-
nixa: q̄ in eam facile descendenterim. Vnde cū michi
deinde occurreret exponendæ benedictionis cærei
paschalis locus: adiecta annotatione eandē sufful-
cire atq; cōmunire suis palis/ vallo/ & aggere sum
adnixus. At cum huiusmodi nostra fabrica graues
hostiū patiatur insultus/ infestoq; impetatur agmi-
ne: nullū michi propugnatorem diligere possem
cōmodius/ q̄ præstantissimā tuam dominationē.
cuius præsidio/tutela/ ac protectione/ ab irruētibus
aduersariorum telis eruar. Itaq; qui totū nostri elu-
cidatorij opus sub tui præclari nominis authorita-
te tutandū suscepisti: & hanc quoq; disceptationē
occasione vnius particule eius obortam queso be-
nignus accipe: tecq; in causæ meq; actionē ac defen-
sionem/ patronum facilem & propensum exhibe.
Vale literarum & virtutis decus vnicum ac singu-
lare. Ex Parisijs anno ab incarnatione domini
ca. 1519

Index

- C**onfessio*n*is presentis disceptationis: secundum
numerorum ad latus signatorum ordinem
materiamque desumptus.
- C**Quid in duabus quae discutiuntur propositioni
bus/ necessariū / quid fœlix/ quid denique mereri:
proprie & vſitate dicitur.
- C**Quisnā illarū duarū propositionū sensus pro-
prius ac primari⁹: assignari possit ac debeat.
- C**Secundum quem sensum improbatæ sunt pre-
dictæ propositiones: in annotatione circa bene-
dictionem cærei paschalis posita.
- C**luxta quē etiā sensum ibidē dictæ sunt ille pro-
positiones potius oblitterari debere libris: quod offici-
o ecclesiastico adhiberi.
- C**Improbationē dictarū propositionum/ in dicto
ſeu factā: neque ecclesiastico vſui præjudicare/ neque
authoribus eas approbantibus.
- C**Quo argumento conuincitur : eo in loco dictas
orationes nequaque absolute & simpliciter esse re-
futatas.
- C**Non vehementiorem æquo esse verborum acer-
bitatem: quibus datae orationes in dicta annota-
tione damnantur.
- C**Ob earum propositionū confutationem/ vniuer-
salis ecclesiæ ritum minime damnari: quod in mul-
tis ecclesijs reliquam cærei benedictionem canē-
tibus/non habeantur.
- C**Quibus cōiecturis colligi possit : illas duas ora-
tiones/reliquæ benedictioni adiectitias esse/ & ab
incerto authore superadditas atque insertas.
- C**Non omnino id compertum haberi/ quod Grego-
rius illas propositiones contexuerit: quemadmo-
dum vulgata fert opinio.

- C**Quis illius propositionis. O certe necessarium
Adæ peccatum sensus a plerisque assignari soleat:
in quo vera esse dicatur. 11.
- C**Qz melior fuisset hominum conditio/ si Adam
lapsus non fuisset: qz nunc habeatur / cum post
eius lapsum facta est humani generis redem-
ptio. 12.
- C**Præstabilioris esse dignitatis/nequaqz prolabi in
culpā: qz post casum diuina opitulante virtute ad
gratiā & pristinā rectitudinem erigi. 13.
- C**Id nequaqz incredibile videri / qz tametsi nulla
fuisset Adæ prævaricatio: attamen filius dei hu-
manam naturam ob certas & rationabiles causas
assumpsisset. 14.
- C**Duplicem quaternarium / ad uniuersi comple-
mentū spectantem: in filiis dei incarnatione con-
summatum esse. 15.
- C**Insignem eminentiam CHRISTI ut capit is sus-
per omnem ecclesiam/ argumento esse: qz filius
dei etiam si non excidisset Adam indita rectitu-
dine/ incarnatus fuisset. 16.
- C**Qz ad consequendū cumulationē beatitudinis eter-
næ gloriæ: incarnatione filiij dei qz lapsus non
fuisset Adam/ multū contulisset. 17.
- C**Sacramentū matrimonij/ etiā suo mysterio ostē-
dere/ qz si non corruisset primus parens: nichilo
secius filius dei fuisset incarnatus. 18.
- C**Vnionē animæ rationalis ad corpus in hominis
constitutione: eiusdē mysterij incarnationis do-
minicæ signum ac indicium præbère. 19.
- C**Quare in sacris literis sola incarnationis causa
assignatur redemptio humani generis: cū præter
illā sit & altera eiusdem mysterii causa. 20.

Index

- ¶ Maiorē bene agendi difficultatē in hoc naturæ statu / nō arguere digniorē humanæ cōditionis pfectiōne: q̄ fuisset i priore sortis nostrę statu. 21.
- ¶ Etsi aliquarū virtutū operib⁹ exercēdis defuisset in naturę institutę statu materia: aliarū tamē nō minus insigniū actionibus affuisset abūde. 22.
- ¶ Qz in priore statu tanta fuissent aut cumulatiōra hoibus a deo indulta gratiarū dona/ atq; pfectio- nū: q̄ fuerint in hoc præsente rētū cōditione. 23.
- ¶ Non oportere semper hominē collapsū in cul- pam & resipiscēte: ad ampliorem q̄ ante ruinā habuerit/ gratiam resurgere ac erigi. 24.
- ¶ Quomodo deus ex malis quæ fieri sinit/ maiora bona semper elicit: nec tamen semper maiora post culpam ipsi malorum perpetratori præstat beneficia. 25.
- ¶ Ex beatī Pauli sentētia id colligi/q̄ maior fuerit gratia iustificationis per CHRISTVM nobis col- latæ: q̄ iactura culpe per Adā perpetrataæ. 26.
- ¶ Non tamen ex ea id ratum haberi/ q̄ plura fue- rent dona hominis per CHRISTVM redempti: q̄ ipsius primum cōditij/ & q̄ habuisset demum si in bono persistisset. 27.
- ¶ Qz uis per redemptionis beneficium deus suam in nos charitatem misericōdiam commendet: peccatū tamen Adæ nobis impedimento esse/ ne id asse- quamur. 28.
- ¶ Peccatū Adæ nō debere cū assertione laudari & prædicari necessariū: tametsi occasiōne accidēta- riām redēptioni nostræ præbuerit. 29.
- ¶ Non cōuenienter id posse afferri: q̄ in proposi- tionibus quæ discutiuntur / laudatio feratur in secundā earum partē/ & non in primam. 30.

- C**Neq; illud etiā q; peccatum & culpa ibidem non
absolute laudātur: sed sub habitudine ac ratione
ad bonū sequens/in secunda parte expressum. 31.
- C**Notā causalitatis in vtrāq; propositione debuisse
exprimi/quę primā partem secundę connecteret:
si insinuanda fuerat causalitatis ratio. 32.
- C**Non recte dici peccatum aliquod necessarium:
quoniā fuerit causa sine qua non obtineretur ali-
quod insigne bonū/ordine temporis sequens. 33.
- C**Culpā Adæ haud conuenienter fœlicem appellaz-
ri/ob superueniens ab extrinseco bonū: scilicet ip-
sius redemptoris dignitatem & eminentiam. 34.
- C**Omnē culpam quę pœnitentia deletur/aut cuius
occasione bonum aliquod emergit/ ea ratiōne fœ-
licem dici posse:qua Adę culpa dicitur fœlix. 35.
- C**Abolitionē ipsius culpe per CHRISTVM redem-
ptorem factam/dici fœlicem debere:& ex opposi-
to/culpam Adę/infœlicem ac miseram. 36.
- C**Non esse commendāda nec claris titulis honestā-
da mala/ex eo: q; ipsorū occasione/insignia bona
deinde contigerint hominibus. 37.
- C**Ipsius Adæ culpam nequaq; meruisse(si apte &
apposite est loquendum)q; talem ac tantum ipsa
habuerit redemptorem. 38.
- C**In ipsa culpa Adæ nichil iueneri bonitatis aut re-
stitudinis : ob quod merito consecuta sit redem-
ptorem/commendari ve iure debeat. 39.
- C**Ex hac propositione euangelica/necessit̄ est vt ve-
niant scandalū/nequaq; recte colligi:q; hęc sit re-
cipienda. O certe necessarium Adę peccatū. 40.
- C**Neq; ex hoc verbo beati Pauli/oportet hæreses es-
se:idē apte subinferri nec per simile concludi. 41.
- C**Neq; etiam ex hoc dicto euangelico / oportebat

Index

- CHRISTVM pati: idem probe confici. 42.
- Ex eo itidem Pauli verbo / q̄ iniquitas nostra ius-
filitiam dei commendat: non bene astrui / q̄ pecca-
tum Adæ dici possit necessarium. 43.
- Demum ex hoc Pauli verbo / gratias autem deo:
q̄ fuistis serui peccati/minime consequi: q̄ pecca-
tū Adæ dici queat & denominari necessariū. 44.
- Non recte a Ricardo de sancto Vito re id dictum
videri : q̄ vbiq̄ terrarum ecclesia canat duas ora-
tiones prædictas/q̄ & Adę peccatum & nostrū
sit necessarium. 45.
- Sanctum Thomā/Bonaventurā/& plerosq̄ alios
scriptores / eas propositiones nude & simpliciter
approbasse: non autem ratione corroborasse. 46.
- Malum nō pertinere ad vniuersi complementū/
neq̄ decentiorem esse eius decorem permixto bo-
nis malo: q̄ si sola & impermixta malis essent bo-
na. 47.
- Vsum ecclesiæ Romanæ & aliarum duas dictas
propositiones canētiū: nequaq̄ improbari per
hanc disceptatoriam inquisitionem/ neq̄ de ritu
ecclesiæ hic questionem fieri. 48.
- Qz in vna profarum ecclesiasticarum minus pie
ac religiose id decantari videatur. O culpa nimii
beata: qua redempta est natura. 49.
- Sensum proprium (qui idem verus sit : & pietati
Christianæ conformis) duarum dictarum ora-
tionum : præsenti discussione perquiri. 50.
- Indicis huius disceptationis/finis.

6

¶ De necessitate peccati Adæ & fœlicitate culpæ
eiusdē/apologetica disceptatio : p Iudocū Clich
toueū Neoportuensem/doctorem Theologū elas
borata. Ad reuerēdū in CHRISTO patrem & dos
minum. D. Ioannē Gozthon/ Iauriensem in Pá
nonia Episcopum: virtute & literis ornatissimū.



Ametī cōmendatione prosequē
di potius cēseantur q̄ inimiciter
insectādi: qui pro viribus elabo
rāt illa castigatiora & emēdatio
ra reddere/quę in cōcinendis dī
uinis laudib⁹ mintis pia & reli
giosa videntur: nostra tamen tē
pestate(in qua sane abūdat iniquitas : & refrigescit Matth. 24
charitas multorū) contra accidit: vt talia syncero af
fectu attentantes incessantur probris & die dicto in
iudiciū pertrahātur / vocenturq; in ius: tanq; infan
di criminis rei. vſcq; adeo inueterata & lōgo iam vſu
imbibita omnibus placent: & quibus altius insede
runt animis vix possunt auelli. Vnde & ipse cogor
aliquorum quę in elucidatorio ecclesiastico supe
rioribus annis mea opera in lucem edito / circa ex
planationem benedictionis cærei paschalis annota
ui/rationē reddere: pr̄senteq; elucubratīcula om
nib⁹ palā facere/ꝝ nō gratis nec citra rationē ipro
barim duas illas ppositiōes. O certe necessariū Ade
peccatum: quod CHRISTI morte deletū est. O fœ
lix culpa: quę talē ac tātū meruit habere redēptorē/
nonnullis in locis pr̄dictæ benedictioni insertas:
& in illa cani solitas. Ad hoc autem opus certo or
dine conficiendum: primum ostendam in quo sen
su illas in loco iam citato confutarim propositiōes
& in eo me nichil à veritate dissidēs annotasse: neq;

De' qualitate

ipſi ecclesiastico vſui ſacrifice authoribꝫ quoquo pa-
cto repugnaffe. Deinde vero ad indagandam verita-
tem aut ſaltem ad illius indagandæ preſtandam oc-
caſionem / diſcutiā : poſſit ne aliquis aſſignari illa-
rum duarum orationum ſenſus veruſ ac propriuſ
Christianæq; pietati conſentaneuſ in quo ipſe ad-
mitti religioſe & recipi poſſint. Verūtamen id vnu
proteſtor me in huiuſmodi diſcutione nichil aſſeſ-
ueranter determinare velle: ſed Academicoruſ mo-
re citra aſſertione vniuſ aut alterius partis ratiocin-
andi ſcrutinio quid ſentiendum fit diſquirere.
Neq; eo animo me hanc aggredi diſceptationem:
ut ſacrosanctæ ecclesiæ improprietatum / rituum
canendi. ſed ut de duabus illis propositionibuſ ſe-
cundum ſe conſyderatiſ & nulla eccliaſtaſcæ con-
ſuetudinis habita ratione inueſtiſgandum propo-
nam: quidnam veri in ſe contineant aut enuncient.
¶ At vero quoniam ipſa vocabuloruſ prænotio
quidnam ſignificant / in primis eſt neceſſaria ad rei
propositæ intelligentiam: ut per illam tanq; veſti-
bulum & liten ingrediamur penetralia atq; adyta
cuicuſq; diſciplinæ. quid neceſſarium dicatur / quid
fœlix / & quid mereri / in conſueto & maxime uita-
to ſignificatu / quicq; propriuſ merito dicatur: ante
omnia eſt recludendum. Neceſſarium quidem in
protrita ſua ſignificatione dicitur: ſine quo aliiquid
eſſe / aut bene eſſe non potheſt. ut anima rationalis
homini neceſſaria eſt: itidem & ſanitas. Fœlix au-
tem in vulgata ſua acceſſione eſt: quod in ſe habet
fœlicitatem / aut alteri eam impariti: ut vir con-
ſummatus virtute: fœlix dicitur, neſnon & iſ: qui
alterum ad fœlicitatem prouehit. Demum mere-
ri in uſu iam receptiſſimo eſt ob preſtitum virtutis

Necſſarium

fœlix

Mereſſi

officium/opusq; bonum: aliquo præmio & remune
 ratione esse dignum. vt qui pro republica egregiam
 nauauit operam/ meretur constitutā mercedem : &
 2 preclara virtus/laudem. **T**Ex his autem trium illa-
 rum dictionū acceptanceibus: cōsurgit colligiturq;
 proprius ac primarius dictarum duarum proposi-
 tionum sensus. quo necessarium dicitur Adæ pec-
 catum (absolute inquam & simpliciter ; nullaq; ad
 aliud facta collatione) quoniam sine eo natura hu-
 mana aut esse aut bene esse nō possit. Fœlix quoq;
 denominetur Adæ culpa ; quoniam insitam sibi
 habeat atq; intraneam fœlicitatem/aut alteri eā cō-
 ferat . Deniq; eadem culpa meruisse dicatur talem
 ac tantum redemptorem: q; ex naturæ suæ condi-
 tione digna sit tali redemptore/tanq; id sibi fore iu-
 re debitum: q; talem ac tantum sortita sit redempto-
 rem. Hanc vero prædictarum orationum sententiā:
 non modo falsam esse / sed & impiam / & blasphem-
 iæ proximam/ neq; deo sacrificq; rebus dignam (vt
 meis ipsius utar verbis) inficiabitur nemo. Quomo-
 do enim sine illo peccato bene subsistere non posse //
 diceretur genus humanum : per quod omnis miser-
 ria & calamitas illi est inuecta/ cum scribat ad Ro- Roma.5.
 manus apostolus / q; sicut per vnum hominem in
 hunc mundum intravit peccatum/ & per peccatum
 mors: ita & in omnes homines mors pertransiit/ in
 quo omnes peccauerūt. Et rursum/q; per vnius ino-
 bedientiam peccatores constituti sunt multi : & q;
 vnius delicto multi mortui sunt . Quomodo itidē
 vere diceretur ea culpa/ per se & suapte naturæ cōtu-
 lissee fœlicitatē: ob quā a deifero Paulo ad Corithi-
 os scriptū es/ q; per vnu hominē mors/ & q; in Adā
 omnes moriūtur: Et ad Romanos ab eodē dictum Roma.5.

De qualitate

est: q̄ per vnius delictum in omnes homines in con demnationē. Aperto igitur euāgelici prēconis testi monio: illa culpa Adę & toti suæ posteritati morte ac condemnationē intulit. nedum fœlicitatem nō attulit. Demū qua ratione diceretur & ea culpa meruisse: q̄ talem ac tantum habuerit redemptorem cum idipsum quod merita fuit diuinæ vocis sententia ita in Genesi definiat. Adæ vero dixit dominus,

Gene. 3.

Quia audisti vocem vxoris tuæ & comedisti de ligno ex quo præceperam tibi ne comederes: maledicta terra in opere tuo. In laboribus comedes ex eunctis diebus vitæ tuæ. Spinas & tribulos germinabit tibi: & comedes herbas terræ. In sudore vulnus tui vesceris pane tuo: donec reuertaris in terram de qua sumptus es/ quia puluis es & in puluerem reueteris. Insuper eadem culpa ipsum Adam reddidit extorrem paradiſo voluptatis/ & perpetuo dāna uit exilio: vt paulo post sacra Geneseos narrat hystoria. Hęc sane sunt supplicia/ hęc pœnæ: quas pro sua indignitate meruit illa culpa. Quare non potest recte secundum eam quam præscripsimus meriti rationem: ipsa dici meruisse/ q̄ talem ac tantum sit cōsecuta redemptorem. Constat itaq̄ secundum hunc sensum iam explicatum / duas illas propositiones sententiam continere non modo falsam: sed & impiam/ blasphemiae proximam/ neq̄ deo sacrificiis rebus dignam. quemadmodum in annotatiōe quam sugillarunt aduersarij: conscripserā. ¶ At vero prædictas illas orationes duntaxat secundum assignatū iam sensum improbavi: quem scilicet constituunt verba ex proprio suo visitatoq; significato/ quiq; prima facie & aspectu legentibus se offert. Nempe in eo tantum sensu eas cōfutauī propositiones: contra

Gene. 3.

quem militant ac procedunt rationes; a me eo in loco adductæ ad illarum impugnationem. Atqui illæ rationes solùmodo illū improbat sensum iam datum: & primo occursu sese animo ingerentē ac offendentē. quod ex toto earū contextu dilucidū euadet: ita se habente. Si necessarium erat Adæ peccatum ut CHRISTI morte deleretur (absoluta scilicet necessitate & simpliciter dicta/præconioq; digna) nō ergo dānandus est & vituperandus serpēs antiquus: qui illud peccatum subdola fraude suggessit. quin potius commendandus: q; occasionem præstiterit & materiā futuræ nostræ redēptioni. Non est itidē (si ita res se habeat) reprehendēdus Adam/q; tale admiserit peccatum: quod nostræ redēptioni tantopere fuit necessarium. quinimo magna effrēdus laude: ob præstatum toti posteritati tantum beneficium. In iustus igitur est deus/ qui & serpenti & primis parentibus nostris pro illo peccato maledictionē intulit: quod potius ingenti præmio videretur dignum. Sed quis æquo animo feret has ineptias: & extremam de- mentiā! Eandem quoq; ob causam ipsius Adæ culpa: falso dicitur & irrationabiliter fœlix (fœlicitate scilicet intriseca) & penitus illi inhærente: quæq; laudem cum admiratione mereatur) vt quæ fuerit infœlicissima. & non modo suo authori sed & toti humanæ propagini miseriam & infœlicitatem intulerit: vtpote exilium / mortem / & deniq; perpetuam damnationem. Cæterum neq; id ferendum: q; culpa illa dicatur meruisse (suapte scilicet natura & conditione) tantum ac talem (scilicet filium dei) habere redemptorem. Nō enim id meruit culpa Adæ/ neq; tanto munere digna fuit: sed meruit æternam potius miseriam & interitum perpetuum/ dignaq;

De qualitate

fuit supplicio sempiterno. Verum sola dei bonitas
& benignitas non ex meritis nostris neq; operibus
iustitiae quæ fecimus nos : immo ex sua misericors
dia talem ac tantum nobis contulit redemptorem.
Hæc igitur sola dei misericordia / prædicanda est
& merito extollenda : hæc a nobis magnificanda ,
quæ non obstante tam graui culpa : cœlestem misit
redemptorem in mundum . Hæc ibidem rationū
loco annotata sunt : quæ plane obuiant solum & cō
tranituntur sensui illi iam explicato / & ex consue
ta dictionum significatione paulo ante assignata cō
surgentī. Illum igitur solum sensum ibidem impu
gnauī : & contra illum aciem rationum direxi / stru
xiq; munitiones . **¶** Iuxta eundem quoq; intellectū &
acceptas illas geminas propositiones : in eadem an
notatione scripsi expūgendas potius & eluendas li
bris / q; in officio ecclesiastico decātandas : his verbis
vſus . Itaq; eradenda est & prorsus abolenda ab om
nibus librīs ecclesiasticis vtraq; dictarum clausula
rum : neq; vnq; deo concinenda . ne stulta pietate
moti / & nesciētes psallere sapienter : id culpæ ascri
bamus / operi quidem dæmonis / quod soli deo ac
ceptum referri debet . Quia in re nichil a veritate alie
num / aut Christiana pietate (ni fallar) deprehēdor .
Quis enim sanæ mentis / & pie in deum affectus / æ
quo ferat animo / peccatum Adæ tantopere nobis
exitiale & perniciosum : celebri voce in totius eccl
sie aurib; prædicari ut necessarium absolute & sim
pliciter / & sine quo recte subsistere nequeat gen⁹ hu
manum ? Quis item censeat culpam Adæ in frequē
tissimo Christianorum conuentu ad paschalis so
lennitatis exordia confluentium / celebrari debere
fœlicem suapte natura : quæ totius infœlicitatis est

origo et initium? Quis deniq; non grauate audiat
 publico præconio eandem culpam buccinari/eoq;
 extolli titulo: q; tantū ac talem meruerit pro suæ
 conditionis ratione habere redemptorem? Nonne
 tanti ac talis redēptoris exhibitiō:soli deo accepta
 referri debet? misericordię enim domini: q; nō su-
 mus cōsumpti. & nisi dominus exercituū reliquī-
 set nobis semen (illud scilicet: in quo benedicendæ
 erāt omnes gentes) tāq; Sodoma fuissimus & qua-
 si Gomorra similes essemus. Et cum illa redempto-
 ris assecutio ascribitur culpæ Adę/tanq; eam pro-
 meritæ:nōne operi dēmonis primi illius trāgres-
 sionis authoris attribuimus/qd solius est dei? Hecci-
 ne(oro) sunt prēconia/ecclesiasticorū libroruū char-
 tis inscrībenda:aut pijs auribus īgerēda? Satius ne
 esset duas illas propositiones penitus eradi codici-
 bus: q; ipsas iuxta assignatam superius intelligen-
 tiā iam in propatulo concinī? ¶ At vero ritus ecclē-
 siasticus hasce duas propositiones haudquaq; rece-
 pit decantandas in eo sensu iam dato: qui reuera
 ostensus est nec veritati nec pietati quoquo pacto
 consentire. Neq; ipse primus eorū author (quisquis
 is fuerit) secundū eam sententiam ipsas contexuit
 accipiendas:aut in vsum assūmēdas. Neq; autho-
 res sacri qui eas suis scriptis probasse leguntur:vnq;
 in eo sensu prius expresso ipsas approbarūt aut re-
 ceperūt/ vt planū est omnibus. sed aliquem alium
 prætenderunt sensum illarū duarum orationum:
 quē ipse in prædicta mea annotatione nec impro-
 bauī nec dānaui/immo nec aliqua ex parte discū-
 si aut in mediū adduxi. Igitur in huiusmodi āno-
 tatione mea/neq; vsum ecclēsię reprehēdisse cōuin-
 cor:neq; primario illorū orationū authori aut ea-

Treno.3.

Esa.1.

b.i.

De qualitate.

rum approbatoribus antiquis scriptoribus cōtra-
dixisse, quandoquidē contradictio & repugnantia
secundū idem sumi debeant: consimilemq; eiusdē
dicti intelligentiam. Quem enim ipse impugnauit
sensum: alij nequaq; astrinunt & probant. Et quem
authores antiqui p̄tendunt ac probant earū pro-
positionum intellectū: ipse haudquaq; improbaui/
refellere studui. Quis igitur inter nos erit cōtra-
dictionis locus aut modus? profecto non aliis: q̄
si dixerim canē esse animal/ de cane domēstico id
accipiens. et alter dixerit canē non esse animal: hoc
ipsum intelligēs de cane cœlesti. Constat itaq; im-
probationē illarum duarū propositionū a me fa-
ctam secundū præscriptam intelligentiā (quam so-
lam attendi/ animoq; habui obiectam) necq; eccles-
iastico usui præjudicare: neq; grauibus viris ac pa-
tribus/eorumve autoritati derogare. quenadmo-
dum a nō nullis michi vitio datū est/ ac obiectatū.
¶ Sed insistet hic quispiā: duas illas propositiones;
cū multis fidēs sint ac multiplīces (quemadmodum
superiora dicta mōstrat) in dicta annotatione mea
distingui oportuisse/ ac in varios sensus dissecari
adiecta declaratione quisnā illorū recipiendus esset
& quis refutandus. Nunc autem quoniā nulla illic
posita est earum distinctio: absolute & simpliciter
atq; in omni quē continere queunt sensu/ damnataq;
videtur & cōfutatq;. Quare & in eo sensu quē ritus
sequitur ecclesiasticus & probati authores: ibidem
reiecte legentibus cconsentur. ¶ Cui adhibenda est
responsio. si nulla adducta ratione earū improba-
toria/ eas scripsisse falsam continere sententiam
& impiā: locū certe & robur haberet hec obiectio/
& inde non futile sumeretur argumentū: me hu-

iusmodi propositiones simpliciter abnegasse. At
 cum adiectæ sint a me & allatæ rationes illo in lo-
 co causam explicantes: quare non sint recipiendæ
 datæ propositiones. & illæ solū destruant sensum
 illum primariū/ex propria verborum significatio-
 ne prodeuntem/ & contra eū duntaxat ferātur: eo
 ipso satis insinuauit me dictas propositiones in illo
 solo intellectu primū animis occurrente cōfutasse/
 & inibi nichilegisse cōtra alium quēlibet sensum:
 quem ritus probet ecclesiasticus aut spectat erudi-
 tiōis patres. Si enim iuxta sancti Hilarij sententiā:
intelligentia dictorū ex causis est assumenda dicen Hilarius.
 di. quia nō sermoni res: sed rei est sermo subiectus.
 & causæ dicendi illic sint rationes adductæ in illa-
 rum propositionū interemptionem: ex ipsis plaz-
 ne desumenda est intelligentia dictorū. antecedenz-
 tiaq; & consequentia: ex medijs/ & rationibus me-
 dio constitutis loco sunt ibidē intelligenda. quem-
 admodum alijs plerisq; in locis/ quæ medio dicun-
 tur ordine: ex antecedētibus & consequentibus su-
 um capiunt intellectū. Non igitur generatim & in
 toto suæ acceptioñis ambitu perēptæ sunt illic dis-
 etæ propositiones: quis id videri plerisq; possit/ nō
 attendantibus exacte ipsam dicendi rationē: sed in
 suo duntaxat vulgato sensu/ ex acceptioñibus ver-
 borum ante diffinitis coalescente. vt quem solum
 rationes ibidem expressæ impetant / demoliantur
 ac euertant. ¶ Rursum insurget aliquis nimiam
 verborum acerbitatē in prædicta annotatione
 positam: saltem reprehensioni esse obnoxiam. q
 illas scilicet propositiones scripsit non modo
 falsam continere sententiam: sed & impiā/ & blas-
 phemie proximam/ neq; deo sacrifici rebus dignā,
b. ii.

De qualitate

subiūxerimq; deinceps : eas ab omnibus lībris ecclesiasticis eradēdas potius esse / q̄ deo canēdas. Si quidē concitator iste sermo / acerbiorq; & vehemētior æquo : offendere potius q̄ recte instituere legentes posset / illisq; bilem stomachumq; mouere, qui nō ita lēderētur : si tēperatiore calamo & modestiore verborū tenore / ad mediocritatē sobrietatēq; tendente / expressa fuisset earum improbatio. ¶ Sed & huic paucis satissaciendum est hac ratione : q; si dicas propositiones in vniuersum & sine discrimine in quouis sensu ea verborum acrimonia fuisset insectatus : id merito reprehensibile videri posset : quoniam illis denominationibus acerbis etiam notassem easdem : vt canuntur in ecclesiastico officio / & recipiuntur a probatis authoribus, quod certe non fuit animi mei institutum : nec propositum. Cum autem solum vnum illorum sensum ex primo verborum contextu & significato animis audentium occurrentem : constituerim improbatē nichil de alio quocunq; sensu aut discussiens aut proloquens : non debet censeri ea loquendi forma nimium acerba / neq; a mediocritatis aut sobrietatis lege discedens : quæ has propositiones secundum eam (quæ ante posita est) sententiam acceptas repudiat ac damnat. Siquidem ipsæ sic intellectæ : haud dubie falsam continent sententiam ac impiam / blasphemiacq; proximam : quæ peccatum ut simpliciter necessarium fœlicemq; secundum se culpam cum admiratoria exclamatione collaudat / ipsamq; asseuerat promeruisse talēm ac tantum (quem habuit) redemptorem. Neq; diffitebitur quispiam : eam ipsam sententiam deo sacrificiq; rebus esse prorsus indignam, quin immo-

duas illas propositiones iuxta dictam sumptas intelligentiam: libris ecclesiasticis esse abolendas potius/q̄ ita decantandas, ne pro laude dei resonemus ea: quæ illius celsitudini augustæq; maiestati minus congruunt. Certe illo verborum tonitruo & fulmine illic datas propositiones elisi: ne quis ea duceretur opinione/ q̄ in sensu tam absurdō ecclesia illas caneret aut legeret. & vt absterrem animos legentium: ne secundum intellectum earum per rationes adductas subinsinuatū / illis vterentur in diuino officio. Cuius quidem intellectus supra assignati si quis metas non egrediatur/ sed intra illius limites ac fines se contineat: perspiciet me neq; durioribus æquo / asperioribusq; verbis: neq; incongruis ad eam materiam rationib; illicesse v̄sum. Qz si quisq; me roget/ cur sententiam illarum propositionum in qua ecclesiasticus v̄sus eas approbat/ & authores non pauci: in illa mea annotatione non explicui aut adieci/ ne viderer simpliciter & absolute eas damnare. Id sane in causa fuit: q̄ tunc nullus aliis pr̄ter eum quem improbauit/ michi occurrit sensus: neq; ad alium quemuis/ animum meum tunc deflexi ac conuerti. ob quod cuiuscunq; alterius prætermisi tum mentionem ac determinationem: illum ab alijs assignandum relinques. Cæterum paulo post latior fiet hic disquisitio / poterit ne aliquis proprius / aptus & acommodus illis propositionibus adhiberi sensus: in quo ab ecclesia cum pietate & religione concinantur. ¶ Neq; ob illarum propositionum improbationem: vniuersalis ecclesiæ ritum reprehendere/ merito dici possim, quoniam complusculæ
b.iii.

De qualitate.

sunt ecclesiæ & dicœcles: quæ in benedictione cœrei paschalis consueta ac visitata / non habent duas illas orationes/de quibus præsens agitatur sermo, & tamen in cæteris totius illius benedictionis sententijs ac contextu: conformitatem omnimodam & identitatem servant cum alijs ecclesijs / easdem orationes legentibus. Ut ecclesia Iauriensis in Panonia/ Monasteriensis in Germania: necnon Treverensis/ Maguntina & Basiliensis. Ecclesia itidem Verdunensis in Lotharingia: & Maclouensis in Britannia. Rursum Senonensis/ Remensis/ Heduensis/ Cenomanensis/ Carnotensis & Morinensis in Gallia. Religiosa domus Cluniacensis) & pleræq; alię: ut a viris spectatæ/integreq; fidei accepi. Ex quo nō leuis trahitur coniectura: aut illas duas particulas post primam illius benedictionis compositionem adiectas esse atq; superadditas. aut quia aliquid minus pium sonare videbantur & religiosum: a reliquo eiusdem benedictionis partibus (quibus a principio erant insertæ) studio & opera grauissimorū patrum resecatas. Si primum quis admiserit/ illas scilicet duas propositiones post primam illius benedictionis compositionem integrā/ ab incerto authore addititias esse atq; insertas: non sunt igitur illæ censendæ de ipsius benedictionis integratate. Neq; iniuriam facit primo authori laudis illius & cantici/ad benedicendum cæreū paschalem instituti: qui eas non recipit/cū ab eo non emanauerint. Sin vero secundum detur modo propositum membrū: illas inquam duas propositiones/ postq; a primo authore sunt intextæ ipsi benedictioni/ ab alijs religiosa pietate permotis patrib; esse resecatas atq; reuulsas/ longo quidem tempore anteq; huius

Sc̄e rei facerem mentionē: id potissimum eo factum
 putari potest & coniectari/ quoniā aliquid minus
 pium & religiosum ingerebant auribus ecclesiæ/
 quinimmo horrōre incutiebāt animis z̄ glo diuinī
 honoris affectis. quod & me potissimū induxit: ad
 scribendā illam annotationē. Quare nec solus fui
 nec primus/ illius rei adinuentor & author: q̄ sub-
 mouendæ essent geminæ illæ orationes ab ecclesiæ
 slica laude. Quod igitur admisi scelus/ quodve per-
 petraui piaculū: si id admonui esse faciundū in re-
 liquis ecclesijs/ quod multæ iā ecclesiæ sine reprechē-
 sionis nota ante factitarunt! Si enim tollēdæ non
 sunt illæ due orationes ab ipsa paschali benedictio-
 ne: cur in complusculis iam ecclesijs impune & si-
 ne noxa sunt sublatæ? Q̄ si non est vituperāda hu-
 iusmodi resecatio atq; subductio duarū dictarū sen-
 tentiarū in ecclesijs supradictis & pleriq; alijs/ iā
 pridem facta: quare in ceteris iure culpari queat eas
 dem sublatio/ si fiat in posterū! Et si ipsa submotio
 earundē orationū que fieret deinceps in ecclesijs ha-
 ctenus illis vti solitus/ reprehēsionē nō meretur: cur
 dicar ipse reprehēsibilis qui suadeo id esse faciūdū/
 quod si fieret: cōmendatione prosequendū for et &
 laude! Certe id mirū videri possit: ecclesiæ omnes
 p̄tificales in reliquis omnib⁹ totius illius benedi-
 ctionis sentētijs & deo dignis & p̄eclaris)ōnino cō-
 spirare ac coicidere. In his vero dñab⁹ que in cōtro-
 versiā veniūt/ multū iter se euariari: vt aliquæ eas le-
 gāt & canāt/ aliæ vero penit⁹ ipsas omittāt. Necq; id
 sine ratione cōtigisse reor/ q̄ solæ illæ due orationes
 ex toto illius benedictonis contextu prætermisſæ
 conspiciātur: reliquis omnibus in sua integritate/
 ordine/ & loco permanētibus. ea videlicet: quoniā

De qualitate

min⁹ cæteris probari dignæ visæ sunt. ¶ Porro du⁹
as illas orationes p̄dictas adiectitias esse: & post to-
tā benedictiōis cōpactionē ab aliquo (nescio quo)
isertas: ex eo accipi potest nō futile argumētū. quia
nō apte quātū ad sentētię habitudinē & respōsum
cohērēt præcedētibus: sed alienā ab eis pr̄ se faciē
gerūt. Duæ siquidē orationes: has quæ discutiūtur
in benedictione paschali proxime præcedētes. vīpo-
te O nimia circa nos tuæ pietatis dignatio. O ina-
st̄imabilis dilectio charitatis: vt seruū redimeres/ fi-
liū tradidisti. diuinā pie ac religiose magnificāt mi-
sericordiā. Sequēs vero duas istas orationes de qui-
bus disceptamus / sentētia: sacrā noctē dominicæ
resurrectionis digne extollit/ hoc pacto. O beata
nox / quæ sola meruit scire tempus & horā: in qua
CHRISTVS ab inferis surrexit. Duæ vero inter-
iectæ ac interstites sententiæ / de quibus hic agitur
questio: post dñinæ miserationis magnificationē
cōtinuo transeunt ad prædicandū Ad æ peccatum
vt necessariū/ & ad efferendam eiusdē culpam tanq;
fœlicem. Non videtur autē aptus consensus atq;
cohærentia huius laudis ad illam: neq; media ipsa
præcedentibus & sequentibus concinne respon-
dēt. Quæ enim participatio iustitiæ cū iniquitate:
aut quæ societas luci ad tenebras? Quæ etiā est con-
uētio CHRISTI ad belial: vt scribit apostolus? Cō-
similiter quonā modo quadrat supnæ misericodię
laus: cū peccati & culpæ cōmēdatione/ & admirato-
ria prædicatiōe; haud aliter plane: q; vita cū morte/
cœlū cū herebo/dies cū nocte. Omitto q; p̄bati au-
thores vix in vno & eodē loco plures trib⁹ cōstituūt
sentētias exclamatorias: cōtinuo sequētes ordine. ne
nimū sint frequētes ille p̄ iteriectionē exclamatio-

nes: sine aliquo interstitio s̄æpi⁹ auribus inculcate.
At si adiūciātur duę illę propositiones quę discutiuntur/cæteris per exclamatoriā notā inchoatis/duabus inquam precedingētibus orationibus & vni sequēti: quinqꝫ sunt sententię se cōtinenter sequentes per exclamationis particulam inceptae. quod infre-
quens est & insuetum: apud cultos & hitidos scri-
ptores. Videntur itaqꝫ duę illę orationes quae pec-
catum & culpam cum admiratione commendant:
ceteris esse superadie&tę aduētitię ac insertae. ¶ Nō
etiam id crimen michi iure impingitur ob illarum
duarum sententiartum improbationem / ꝑ beatum
Gregorium reprehendere audacius tentauerim: ip-
sarum (vt ferūt) authorem primarium & composi-
torem. cum non sit vsqꝫ quacqꝫ certum / ipsum Gre-
gorium fuisse illius benedictionis paschalis primū
authorem. quandoquidem non defunt scriptores
qui illam Ambroſio attribuant/ ab eoqꝫ dicant ip-
sam esse compositam: qui fuit Gregorio longe pri-
or. Author nanqꝫ Ratiōalis diuinorum officiorū:
in libro sui operis sexto / titulo de benedictione cæ-
rei paschalis dicit. Subsequenter benedicitur cære-
us: ex institutione Zozimi & Theodori primi pa-
pę. sed beatus Ambrosius benedictionem dictauit.
qq Augustinus & Petrus diaconus Cassinensis mo-
nachus/alias benedictiones dictauerūt: quae nō sunt
in vsu. hæc ille: de Gregorio ne verbū quidē faciēs.
Rursum. Esto Gregorius eā cōposuerit benedictio-
nē: adhuc dubitādi relinquitur locus/ an duarū illarū
duarum orationum de quibus controuersia pertracta-
tur/ ipse etiam fuerit author: vel an fuerint illę (vt
dictum est) post Gregorij tempora adiectę & sub-
dititię. Ad hęc tametsi Gregorius eas composuisset

De qualitate

duas orationes/que hic disputantur: non tamen ipsas accepit in eo sensu qui supra reprobatus est / sed in alio quo quis neque repudiato a nobis neque discussio. Quis enim putaret vnde Gregorii/aliunde quilibet illarum duarum orationum authorum/asseverate voluisse cum admirabuda exclamatio: peccatum Adem simpli citer esse necessarium & culpam eiusdem secundum se facilius existere/eandem pro sua dignitate meritam esse talcum ac tantum redemptorem! Ex quo liquet / nullam inter dicta mea in annotatione dictarum orationum improbatoria/Gregorianaque sententiam: esse repugnatiam, immo neque ecclesiastico sensu eadem oblucri/contrarie & aduersari. Demum quisquis fuerit geminæ illius orationis author: non illi iniurius est qui ratione & pietate in deum inductus neutram easrum approbat. Népe sicut in divinarum scripturarum explanatione/sanctorum patrum dicta interdum refutantur: propter rationem aliud conuenienter/aut altera eiusdem loci conuenientior interpretationem. ita & hoc in loco illud non videtur incocessum: ubi accedit efficacior ratio. Voluit sane beatus Augustinus suis scriptis tantum fidei adhiberi: quantum a sacris literis & ratione recta non dissentiant. si qua vero suorum dictorum secus se haberent: non moleste tulisset illa rationabiliter a benignis lectoribus improbari.

Augustinus Ita enim ad Vincentium victorem scribit. Negare non possum nec debeo: sicut in ipsis maioribus/ita multa esse in tam multis opusculis meis: quæ possunt iusto iudicio & nulla temeritate culpari. Idem quoque ad Fortunatum ait. Neque quorumlibet disputationes quamvis catholicorum & laudatorum hominum: veluti scripturas canonicas habere debemus. ut nobis non licet salua honorificentia quæ illis debetur ho-

minibus: aliquid in eorum scripturis improbare atque
respuere; si forte iuenerim quod aliter senserint quod veri-
tas habet diuino adiutorio vel ab alijs intellecta vel
a nobis. Talis ego sum in scriptis aliorum: quales
volo esse lectores meorum. Hęc Augustinus. Eius-
dem certe fuit sententiæ & Gregorius / & quisquis
probatus fuerit author illius benedictionis pascha-
lis: seq̄ sacrae scripturæ authoritati ac rationi sine
controversia submisit. Id sane discriminis compre-
nitur inter sacrarum literarum propositiones: & il-
lustrium sanctitate doctrinaq̄ virorum. quod oratio-
nibus ex sanctæ scripturæ promptuario desumi-
ptis / cum primum offeruntur adhibenda est fides:
propter authoritatem dicentis irrefragabilem. dein
de rectus ac sanus illarum sensus: est diligenter ex-
quirēdus. Ipsorum vero sanctorum patrum dictis:
non ea debetur fides aut inconcussa credulitas. sed
primum intueri nobis licet & indagare / an cum
veritate constent: & hoc perspecto / demum illis est
assentiendum. Quare illa in dubium ac quæstio-
nem trahi possunt: atque in utruius partem agi-
tari. Duæ autem propositæ orationes / neque in ip-
sa continentur sacra scriptura: neque ex ea faciliter con-
sequio deduci possunt. quinimmo iuxta eum intel-
lectum qui ante declaratus est acceptæ: sacrorum
eloquiorum veritati planè repugnant. Porro cum
a nonnullis primum impeterer super ea annotatione:
cuius supra habita est mētio / redarguereret quod in
ipsa duas illas orationes quae suscipiuntur hic discu-
tiendæ: nimia audacia & libertate dānassem. coram
aliquot grauissimis & doctrina apprime insignib⁹
viris ad hoc accitis negocium / declarauī sensum di-
ctarum propositionum in quo ipsas cōfutaueram:

De' qualitate

cum scilicet/ quem verba ipsa ex prima & consueta
sua significatione constituunt/ numero huins opus
sculpi secundo abunde explicatum. Quoniam tamē
illas nulla adhibita distinctione/ absolute & simpli-
ter illuc sum visus improbare / nimiaq; verborum
vehementia atq; concitatione citra modestiā in illis
improbandis vti: vltro obtuli me loco ānotationis
illius/ quæ plerosq; (vt accepī) offenderat/ in proximā
eiusdem libri æditione alteram positurum an-
notationem: in qua cōtestarer me illas propositiones
prius improbasse in eo tantū sensu / qui primo
aspectu legentibus ac audientib; occurrere solet: ex
vulgata vſitataq; verborū ibi positorū acceptiōe,
neq; michi tum fuisse animū dānandi easdem ora-
tiones in eo sensu: quē sancta recipit ecclesia/ & pro-
bati authores suis scriptis illarū vsum approbātes.
quod & feci. Qua conditione ab alijs ad eā designa-
tis prouiciam accepta: omnia cū pace & tranquilli-
tate transacta videbātur/ & ita futurum autmabā.
Verum mea spes multū me fefellit. Nā huiuscē meę
spontaneę oblationis occasione / protinus ea verba
de me vulgo iactata sunt : nescio per quos laudum
mearum buccinatores / & altiloquos nominis mel
præcones/ q; in celebri illorum insignium virorum
corona atq; confessu cecinerim palinodian / erra-
tum mecum fuerim confessus / & poenitidine ante
scriptorum ductus: que publico deinde testimonio
esset edenda in apertum. Nec solum ad præsentes
ea ferēbatur fama per totām Parisiōrum urbem: q;
meipsum proprio damnauerim ore; & āte dicta re-
cantaueri atq; retractaueri. sed & ad absentes missis
epistolis eadē diuulgabatur: peride atq; infande cu-
iūspīā h̄ereseos crīmē publice abiurasse. Sed nunq;

vltronea declaratio ante dictorum: retractatio debet
merito appellari? nunquid pollicitatio spontanea
permutandæ vnius annotatiunculæ in alteram: re-
cantationis nomine est digna? Quod (queso) admi-
si erratum cuius ducar pœnitudine? nisi id vnu for-
tasse/qꝫ minus digeste & moderate visus sum eas p-
ositiones omnino generatim reprobasse: quas di-
stinctius explicatas oportuit/& temperatius refuta-
tas . Cui quidem errato (si ita vocare Iubet) copiose
iam in præcedentibus numeris est satissactū. Quod
deniqꝫ (oro)est crimen cuius fuerim conuictus? nisi
studiū ac laborem euellendi lapas/tribulos/vrticas/
& sentes de agro domini: quis crimen appetlet . At
quoniam hæc de me sparsim & falso diuulgata ver-
ba/ non parum vergunt in nominis mei ignomini-
am & dedecus: retractationisqꝫ notam michi inge-
rūt/qui de retractatione ne verbū quidem feci apud
spectatissimos illos & eximios viros: cogor arreptis
armis literarijs/istis de me sparsis rumusculis obui-
am ire/ & huius apologeticæ disceptationis conscrip-
tione defensionem cause meæ (quam sponte dīmi-
seram: vt paci consulerem) ex integro assumere . vt
noscant vniuersi me nichil retractatione dignū iu-
xta eum quem prætendi sensum hac in re scriptitas
se: necqꝫ ad eam faciendam adactum fuisse. ¶ His in
meiſ ſius expurgationē / meorum mꝫ dictorum de-
clarationē adductis: reliquum est disceptatorio mo-
re diſcutere/ſiue tamen diſſinitoria assertione / quē-
admodum in ipsa libelli fronte ſum protestatus / &
hic idem repetere non piget : poſſet ne illis duabus
orationibus ſecundum ſe conſideratis / & cogitatio-
ne mentis abſtractis ob officio ecclesiastico (quod
nec improbare volo/ nec innouare: immo ut quæqꝫ

De qualitate

habet ecclesia obseruandum moneo aliqui adaptari sensus verus proprius / pius & religiosus : in quo sint recipiendæ & admittendæ. Paratur autem præfens discussio / non quidem ad peruvicacem vnius partis defensionem & alterius refutationem : tametsi ad inficiatoriam magis inclinari videar . cum pertinaciam pro viribus euitare semper contendam : meipsum & scripta mea sacro sanctæ ecclesiæ & eruditiorū iudicio submittens / propriamq; sententiam vbi potior & vero conformior innotuerit : abiurare abdicareq; paratus , sed ad solam veritatis disquisitionem atq; indagationem : vt eam (si id assequi possumus) agnitam positis armis amplectamur / & suscipiamus . Itaq; primæ orationis . O certe necessarium Adæ peccatum : quod CHRISTI morte deletum est . hic solet a plerisq; assignari sensus : quo necessarium signat causam sine qua non haberetur insigne aliquod bonum / atq; occasionem maioris cuiusq; boni : qua non posita / nequaq; obtineretur ingens illud bonum . Putant siquidem : q; quemadmodum malum aliquod dicitur necessarium / ad euitationē grauioris mali . vt usurp necessariæ quodam modo ad euitāda furta / rapinas & latrocinia : & necessarij secundum aliquid fornices ad effugienda stupra / raptus & adulteria . ita & malum interdū recte dici necessarium : ad consecutionem potioris boni / quod obtineri non queat nisi malum illud præcesserit . Et hoc pacto peccatum Adæ necessarium fuisse ponunt / ad assequendam redemptionem humani generis per mortem CHRISTI . qua euectus est homo ad sublimiore dignitatis conditionē & altiore gratiæ ac gloriæ gradū / vt sentiūt : q; obtuisset / si peccatum Adæ non fuisset admissum ;

Tantum autem ac tale bonum / redemptionis scilicet & glorificationis: non fuisset cōsecutum genus humanum/ ut dicunt: nisi antecessisset Adæ lapsus.

C Verum id disquirendum est in præsentia: an secundum eam rationem vere dicatur peccatum Adæ necessarium. videturque potius sentiendum: que id ipsum nequaquam dici possit . Nam si non fuisset commissum Adæ peccatum : genus humanum aut tantum aut maiorem habuisset dignitatis eminētiām/ quæ nunc habeat per liberationem a CHRISTO factā: quæ tunc non fuisset exhibenda. Neque opus fuisset ipsum dei filium & patris vnigenitum / tam acerba & ignominiosa pati: pro lapsi hominis istauratio-ne. Ex quorum tamen dolorifica perpeſſione liquido conſtat/ quod lœthiferum & exitiale fuerit illud peccatum : vt pro ipsius expiatione oportuerit CHRISTVM omnino innocentem & summe etiā iustum tolerare tam diram mortem / & bibere calicem paſſionis amaricatissimum . Nempe si nō fuisset Adā preuaricatus datum ſibi mandatum: perſtitifſet totum genus humanum in ſua integritate ac innocentia/ nullusque fuisset deinde prolapsus in labem culpa/ ut uno ore predicanter omnes . sed transacto vite huius ſenſibilis in paradiſo voluptatis certo curſculo/ terminis a deo constitutis defiñito: tranſiſſent subinde omnes ad immortalem cœleſtis vitæ ſtatū/ neque ullus fuisset exors eternæ felicitatis ac gloriæ. Nūc vero quantis amaritudinibus rcfpersa est preſens vita: cū ſubēut morbi tristisque ſenebris & labor Virgilii.
& dure rapit inclemētia mortis/ ut ait poeta. Et teſte ecclesiastico/ occupatio magna creata eſt omnib⁹ hominibus/ & graue iugū ſuper filios Adā a die exitus de ventre matris eorum : uſque in diem ſepulturæ in Eccl. 40.

De qualitate

matrem omnium. Cogitationes eorum & timores
cordis / adinuentiones expectationis / & dies fini-
tionis a præsidente super sedem gloriosam / vsq; ad
humiliatum in terram & cinerem . ab eo qui vtitur
hyacintho & portat coronam: vsq; ad eum qui co-
peritur lino crudo. Furor / zelus / tumultus / fluctua-
tio / & timor mortis : iracundia perseuerans & conté-
tio / & in tempore refectionis in cubili / somnus nos-
tris immutat scientiam eius. Et paulo post / idē ait.

Ecclī 40.

Ad hęc / mors / sanguis / contentio & rōpheas: oppres-
siones & fames / contritio & flagella. Quantum etiā
nunc in ancipiū & lubrico versatur salus nostra: cū
semper in procinctu nobis est standum contra ho-
stes animę infensissimos / assidueq; exercenda spiri-
tualis militia: in qua vincimur plerūq; & vincimus

Matth. 20.

q; rarissime, cū multi sunt vocati / pauci vero electi:
lataq; est via perditionis / & multi ambulant per eā:

Matth. 7.

arcta autem & angusta est via vite: & pauci per eam
ambulant. quis non libenter sentiat / q; melior fuī-
set & felicior hominis cōditio si nō decidisset Adā
a rectitudine: q; nunc sit quādo post lapsum libera-
tus est & renocatus in bonum statum: ¶ Enim uero
præstantius longe est & præclarus / non cecidisse in
barathrum ac voraginem culpæ: q; post prolapsio-
nem ab ea erectum esse / & diuina benignitate suble-
uatum. haud secus ac optabilius est nō cadere in fo-
team aut lutū: q; post casum extrahi fouea / lutove
detergi. Quod si quis inficietur: cōcedat oportet q;
commendabilior fuisset beata virgo MARIA & cu-
muliōre dotata gratia / si post contractam peccati
originalis colluisionē fuisset emundata ea tabe per
diuinæ gratiæ virtutem: q; ipsa fuerit eo ipso / q; ab
illius primæue culpæ contagio sit præseruata. Et

consequenter de semper sancta virgine id potius
 esset astruendum / q̄ inquinamenta senserit tristis il-
 lius originarię labis : q̄ q̄ diuina benedictione præ-
 uenta / immuuis fuerit illius contaminationis. Quod
 quoniam impiū est sentire / & virginali deiparę ma-
 tris honori maxime indecens : cōsimili ratione ad-
 mittat opus est / q̄ eminētior fuisset hominis / si per-
 litisset in sua rectitudine incolumis & integer / dis-
 gnitas ac gloria : q̄ nunc sit / quando diuina ope re-
 paratus est a lapsu per gloriosam CHRISTI mor-
 tē pro nobis satisfactoriā. ¶ Cōsonat huic sententię
 eximius pater Hugo de sancto victore : in secūdo li-
 bro de sacramētis dicēs. Licet qui cadit : resurgere
 potest. & nō solū resurgere : sed etiā melior resurgere
 q̄ fuit cū cecidit. nemo tamē melior post casū surre-
 xit vel surgere potuit : q̄ fuisset si non cecidisset / &
 hēc quę modore surgēdo operat⁹ est : omnia stādo ope-
 ratus fuisset. In hoc secūdū aliqd dici pōtest : quia
 omnis qui cadit / id quod cadendo perdit amplius
 totū recuperare nō potest. quia quicquid postea ad
 correctionē vel recuperationē adiecerit : facere om-
 nino non potest / quin melior fuisset si hæc omnia
 haberet & tamē non cecidisset. Propterea nemo in
 spe correctionis peccare debet. quia quicquid semel
 amittitur : amplius ipsum non recuperatur. Si vir-
 go es : custodi diligēter quod habes . noli in spe pec-
 care : noli cadere / quasi melior surrexturus sis. Quic-
 qd postea feceris : facere tamē nō potes quin melior
 es / si hoc faceres ut virgo es. Si magnū est al-
 iquādo resurgere : mai⁹ est utiq̄ nūq̄ cecidisse. Si bo-
 nū est sanatū esse : meli⁹ est nūq̄ corruptū esse. Hēc
 illę. Cui respōdet glossa : exponēs illđ dīctū Amos.
 prophete. Cecidit / non adiūciet ut resurgat virgo Amos. 5.

Dē qualitate.

Israel. Non negat (inquit) p̄esse resurgere: sed non
resurget virgo Israel, quia semel oberrans et si repor-
tetur humeris p̄ij pastoris: non habet eandem glo-
riam cū illo qui nūq ab eo oberrauit. Hæc gloſſa.
Sed nōne & id facile tribuent omnes/q̄ longe splē-
didior ac ornatiōr fuisset toti⁹ humani generis de-
cor & ordo: quādō omnes & singuli homines p̄e-
clara virtute fuissent insignes & innocentia decora-
ti / nullusq vicijs relictus fuisset locus: vt cœlestis
regni ciuibus propemodum affimilaretur illa in-
terris hominum conuersatio: q̄mulaq̄ esset super-
næ ciuitatis Hierusalem/ quam nulla contaminat
macula culpæ, q̄ nunc habeatur: cum rari admo-
dum sunt boni/exundat iniquitas & malitia super
terram. & tētrima vitiorum proluuios ac sentinas
in toto mundo largiter intundans: horrorem infera-
næ caliginis tartareæ/q̄ deformitatis faciem potius
exprimat ac Babylonicae confusioñis: q̄ specie vir-
tutis præferat & honestatis/ aut lucidissime beato-
rum regionis referat imaginem. Quid enim orna-
tissimo cœlestium incolarum decori cum hac tanta
viti orum colluione que affatim hic abundat: de-
deris esse cōmunes? Itaq̄ non videtur eo modo fuī-
se necessarium Adæ peccatum: tanq̄ causa fuerit
accidentaria/ ob quam ampliora fuerimus affecti
bona per sequentē redemptorē: q̄ secluso/semotoq̄
eius lapsu obtinuissemus. ¶ Sed hic obijciet quisq̄
dei filiū ad reparandū humanæ naturæ lapsū/no-
stræ substantię formā assumpsisse: secundū hanc
deiloqui Pauli ad Timotheū sententiā. CHRISTVS
IHSVS venit in hūc mundū: peccatores saluos fa-
cere, & iuxta hęc etiā saluatoris nosiri verba. Venit
filius hominis querere: & saluū facere quod perie-

Lucæ. 15.

I.timo.1.

Lucæ. 19.

fat. Quibus respōdēt & ea: quæ ad Ioseph iustū de
puero nascituro nūciauit angelus. Vocabis nomē Matth. i.
eius IHESVM. Ipse enī saluū faciet populū suū: a
peccatis eorū. At si p̄stitisset Adā in suæ innocētiæ
integritate: nō fuisset tantū adepta bonū natura hu-
mana vt super angelicas substātias exaltaretur per
vnionē hypostaticā cū verbo. quoniā non est opus
valētib⁹ medico: sed male habētibus. Pr̄sttit igit̄
tur peccatū Adæ occasionē & materiā tāto & tā in-
signi bono dominicæ incarnationis: quod nō fuis-
sent homines assēcuti/si nō p̄cessisset Adæ peccatū
morte CHRISTI delēdū. ¶ Huic obiectiōni reddē-
da est respōsū: q̄ quis ad reparationē laps⁹ propa-
ginis humanę nō assūpisset dei fili⁹ nostrę carnis
substātiā/si incōcussā seruasset Adā diuini præcep-
ti obedētiā. cū tūc nichil occurrisset reparationis
indigū. attamē ad nostri generis superexaltationē:
ineffabili vnione verbi cū hūanitate perficiēdā. ad
ipſius itidē toti⁹ vniuersi cōplémentū: per hominis
(qui pars eius est insignis/ vinculūq; & nexus ōnis
creatūræ) tantā nobilitationē. deniq; ad excellentē
diuinorū operū cōsummationē/ cōiunctione primi
cū vltimo/ dei scilicet authoris omniū cū hoie/ pos-
ſtremo loco formato cōplédā. quēadmodū pertecta
est in circulo figurarū planarū nobilissimo circū-
ductio atq; descriptio: cū in idē definit pūctū a quo
incepit/finiſq; principio nec̄titur. ob has inquā tres
causas iā explicatas: ad modū credibile est & vero sī
mile/dei filiū fuisse suscepturū nostrę naturę formā
& inter hoies versaturū/ etiā sī incōtaminata culto-
disset ipse primus parēs positā sibi legē. Nūc vero
post deperditā innocētię stolā/ad nostrę sortis infir-
ma inclinavit se & descēdit dei fili⁹: tū vt hoc nexu-

De qualitate

ineffabili hominē supexaltaret/totū cōpleret vniuer
sū & suū opus cōsumaret, tū etiā vt peccata nostra/
sua morte tolleret ac dilueret. Quam sane secundā
causam: sacræ literæ frequentius & potius expri-
munt. non quidem quia sola causa fuerit & vnicā:
admirabilis consortij verbi cum carne, sed quoniā
præsentī rerum statui magis est accommodata/& no-
stro lapsui curando congrua. Itaq; si perpetuam
asseruasset protoplastus naturæ suę rectitudinem;
haud minus fuisset humana substantia super ange-
licam subiecta per humanationem verbi: atq; nūc
illi supereminet. necq; ea ex parte quippiam nouæ
dignitatis illi post peccatum Adæ accessit: quod
nulla præuaricatione facta eidem etiam non fuis-
set indultum. ¶ Sane huiusmodi coalescentia inez
loquibilis/dei cum homine: plurimum contulisset
nobis ornamenti & decoris / quantum ad ea quæ
nostram respiciunt naturam: quis Adam diuina
gratia non excidisset. Quoniam per eam comple-
tus fuisset quaternarius diuersæ productionis hu-
manæ: qui tamen sublato incarnationis mysterio
mācus fuisset & mutilus. Eniuero productus fue-
rat homo sine viro & muliere, vt Adā primus nos-
ster parēs. Secūdo ex viro sine muliere, vt Eua/ma-
ter omnium viuentium. Tertio ex viro & muliere:
vt Abel/& cæteri consueta naturæ lege progeniti.
Reliquis igitur erat quartus producendi modus/
quo prodiret homo ex muliere sine viro: qui in be-
nignissima filij dei incarnatione fuerat exhiben-
dus/haud minus permanēte saluo & incolumi ho-
minis primo statu: q; eo in deteri⁹ prolaps⁹. ¶ Ad
hæc/ per huius mysterij incomprehensibilis exhibi-
tionem / complendus erat & alter quaternarius

diuersæ cōbinationis naturarum & personarum: quantū ad vnitatem aut pluralitatem euātiandū. qui tamen citra id augustissimum sacramentum consummari non poterat. Siquidem cōstabant pri
mum in vnitate naturæ plures personæ: in summa scilicet & superdiuina trinitate. Assignabatur & vnitas naturæ in vnitate personæ. vt in uno spiritu angelico/similiter & uno homine. Dabatur itidem naturarū pluralitas in pluribus personis. vt in duas bus angelicis substantijs/duobus etiā hominibus. Superat ergo quartus huiusc cōexionis modus: quo simul comperiretur naturarum pluralitas in vnitate personæ. vt in filio dei incarnato. Itaq; si ex sola Adæ prolapsione pendebat carnis a deo suscep
tio: non fuisset ipsius vniuersi complementum in hoc postremo combinationis naturæ & personæ modo vnq; ad consummationem deductum/si per
mansisset primus homo nativa rectitudine sufful
tus. quandoquidem nulla vnq; occurrisset geminæ naturæ in vnam hypostasin communio. Illud au
tem videtur absurdum. ¶ Conduxisset & ipsa ver
bi incarnatio (vbi etiam nulla contigisset Adæ prævaricatio) mirifice ad perfectionem hominis: quantum ad ipsius gratiæ deriuationem & exube
rantiam in omnes. Quoniam per altissimum in
carnationis arcanum / constitutus est CHRISTVS caput totius ecclesiæ; habens ad sua membra cons
formitatem naturæ & diffusionem diuinorū cha
rismatū: affluenter ab eo in omnes/ affatimq; pro
pagatorū/ vt de eius plenitudine accipiant vniuersi portionem. Atqui non minus fuisset ipse dei filius rationem atq; denominationem capitis mystici in homines sortitus/ si permanisset Adam in sua re

Ephe. i.

Ioan. 3.

c. iij.

De qualitate.

Etitudine: atq; nunc/ cum ab ea decidit. Alioqui eccl^alesia ipsa fuisset Acephala/ capiteq; vacans : nisi prolaplus fuisset ipse primus parēs/ quod est absur dū. Nō minus igitur peractū fuisset sacratissimū incarnationis commerciū/ persistēte in sua rectitudine humano genere: q; ipso in præcipitiū collapso. Neq; id valet effugiū: quod hic afferri posset, vtpoz te q; ecclesiæ caput (si nulla cōtigisset Adæ ruina) filius dei tū fuisset vt deus: quemadmodū & angelicorū spirituū secūdū cā rationē est caput. neq; oportuisset ad obtinendā capitū rationē: ipsum velamīne carnis circūdari. Nempe exposcenda tūc esset & assignāda ratio: cur poti⁹ dei filius tū capitū rationē sortiretur/ q; pater aut spirit⁹ sanctus. cū ab ipsis duabus extremis supremæ trinitatis personis haud minus profluāt dona gratiarū in angelos & hoies: q; a filio. Cū vero astruitur ipsa verbi icarnatio etiā fuisse futura vbi a sua rectitudine Adā nō decidisset haud minus q; in p̄sente rerū statu & post illius lapsū: prōpta assignatur ratio/ quare soli dei filio ascribitur capitū nūcupatio, quoniā ipse sol⁹ tegmine carnis nostræ adopertus & angelice fuisse ruinę reparator & hominū glorificator. ¶ Demū attulis 17 set & admirabilis ipsi⁹ incarnationis gratia pfectio nē homi (tametsi nullus fuisset primorū parētū reatus) quantū ad gloriæ eminētiā & vbertatē. Dicit enī beatus Augustin⁹ in libro de anima & spiritu.

Augustin⁹ Propterea deus factus est homo: vt totū hominē in se beatificaret, vt siue homo ingrederetur intus per intellectū/ siue egrederetur extra per sensū: in creatore suo pascua inueniret. Pascua intus in cognitione diuinitatis: pascua foris in carne saluatoris. Id autē geminę refectionis mun⁹ ac præmiū nō assque

retur homo: si nō esset deus humānē carnis amictu
 circūseptus. At vero nō minus beatitudinis perce-
 pisset homo: si nō corruisset: q̄ sit post ruinā perce-
 pturus. Fuerat igitur superstite ipsius hominis in-
 tegrity ac rectitudine: etiā dei filius humāna assū-
 pturus substātiā. Et id quidē haud īmerito. Nā cū
 hūana natura ad id aptitudinē obtineret/ idoneaq̄
 foret/ vt supernaturali virtute vniretur verbo/euehe
 retrorq; admirādo cōmercio ad hypostaticā cū deo
 vniōne: fuit sane naturalis illa aptitudo ad actum
 perfectū reducēda/ vbi etiā nulla intercessiōset pri-
 morū parentū culpa. Alioqui natura insitus ille ad
 huiusmodi vniōne appetitus/ irritus fuisset ac ocio
 sus/ neq; vnq̄ expletus: nisi perpetrata fuisset diu-
 ni mandati transgressio. quod videtur irrationali-
 ble. Et mirum plane id putari debet: maximū illud
 beneficium/nobilissimumq; donum/quo deus hu-
 manum genus honorauit ac dotauit/ vniōnis scis-
 licet hypostaticæ excellentissimum sacramentum:
 ex sola pependisse peccati occasione/ ea quidē legel
 q; si non fuisset admissum Adæ peccatum: haud-
 quāq; consecuti fuisset tam amplum bonum.
 Quinimo magnificētius celebratur/ vberiusq; pre-
 dicatur diuina bonitas ac munificentia: si dicatur
 absolute tantū nobis destinasse suæ largitatis mu-
 nus/ & libera gratuitaq; donatione/ q̄ ex sola con-
 ditione & hypoteſi peccati perpetrādi, que si defu-
 isset: eo dono caruissimus. ¶ Adde q; si nō fuisset
 homo præuaricator dati sibi præcepti: nichilose-
 cus fuisset sacramentū matrimonij/ quod etiā ante
 primi parētis lapsum fuit a deo institutū. Illud au-
 tē signat coniunctiōne CHRISTI sponsi & ecclesie
 suæ dilectę spōsę secundū vniōne duarū naturarū

Gene. 2.

c iiiij.

De qualitate

Ephe.5.

in vnā personā/earūq; inseparabilitatē. quēadmo-
dū testatur apostol⁹ ad Ephesios scribēs: & hæc de
matrimonio verba faciēs. Sacramētū (inquit yhoc/
magnū est. ego autē dico: in CHRISTO & ecclesia.
Si igitur non fuisset prolapsus Adā: nichilominus
dei filius humanā substantiā suscepisset. aut foedus
cōnubiale: falsū fuisset signū. quod secūdū: nequaq;
est admittēdū. Neq; valet subterfugiū dicētium/q;
cōiungij sacramētū (si nō corruisset homo in pecca-
tū) significasset cōiunctionē filij dei ad ecclesiā secū-
dū charitatē & singularē dilectionē: nō autē secun-
dū deitatis & humanitatis in vno singulari īdini
duo vniōne. & id mutui amoris vinculū: sine verbi
incarnatione præstari ac effici potuisset. Nā cū nō
minus pater & spiritus sanctus habeāt charitatē ad
ecclesiā & cōetū electorū q; dei filius/ immo cū eadē
prorsus sit dilectio ac amor triū diuinarū psonarū
ī ecclesiā: nulla assignari posset valida ratio/ cur nō
æque pater aut spiritus sanct⁹ dicatur spōsus eccles-
ię: atq; dei fili⁹. qui tamē solus in scriptura denoia-
tur ecclesię spōsus: quoniā solus est incarnatus. Vt
exinde intelligam⁹ ipsā verbi incarnationē/potissi-
mā esse causā: cur CHRISTVS ecclesię spōsus ap-
pelletur/eādēq; filij dei humanationē sancto matri-
monij foedere signatā fuisse: pro quoniis hominum
statu intelligam⁹. ¶ Ad hęc. Quid in primi homis 19
formatiōe & aliorū deinceps hominū productiōe:
animę rationalis/ cui spiritualis est natura/imateri-
alisq; substātia) ad corp⁹ terrenū/ materiale/ & cra-
sa mōle extentū cōpactio/ aliud designare credi des-
bet: nisi supremā illā & incōprehensibilē vniōnem
verbi ad carnē humanam / vt fuerit illa corporis &
animæ diuersas habentiū naturas / & proprietates

Psal.18.

fere oppositas in uno homine per compositionem con-
xio: symbolū quoddā & nota superdiuinę illius co-
unctionis duarū naturarū diuinitatis cū humani-
tate: in ipsa verbi persona, quarū hec: temporalis est: lo-
calis/circumscripta/extenta: & materiali forma figu-
raq; definita, illa vero: int̄ernalis/illolocalis/incircū
scripta/nulla mole clausa/nulli⁹ figure termino co-
prehēsa. Quocirca in prima hominis formatiōe im-
pressis videtur ipse deus homini signū / indicūq;
dedisse admirabilis illius consortij: quo verbū hu-
manæ formę vniretur. Quod subisnuasse credi po-
test sacer Athanasius: cum ait in suo symbolo. Nā Athanasius,
sicut anima ratiōalis & caro vnuſ est homo: ita de-
us & homo vnuſ est CHRISTVS. Quare si nulla ac-
cidisset protoplastorū prævaricatio: exhibita nichi-
lominus fuisset incarnatiōis gratia hominibus. aut
ipsa hominis ex spiritali corporaliq; natura cōsti-
tutio: falso significasset humanationis ipsius verbi
mysterium. quod graue est incommodum. ¶ Itaq;
in sacris literis expressa quidem est causa susceptio-
nis humanæ carnis a filio dei: liberatio humani ge-
neris a peccato. quoniam illæ de assumptione car-
nis passibilis atq; mortalitatis tantum mentionem fa-
ciūt: quatenus præsenti rerum humanarū statui &
lapsui nostro subleuādo congruit. Quē plane rerū
statum attendit etiā author benedictionis cærei pa-
schalis: cū dixit. Nichil enī nasci profuit: nisi redi-
mi profuisset. Nichil quippe nobis pfuisset CHRISTI
natiuitas i carne passibili & mortali: & iā per
petrato primorū parentū reatu: nisi illā consecutus
fuisset nostrę redēptionis fructus. Absolute tamen
profuisset nobis CHRISTI natiuitas sine redēptiōe
nobis facta: si nulla fuisset culpa redēptiōis indiga-

De qualitate

Eandē quoq; causam assignat & Augustinus: expo-

1. Timo. 1. nēs illud verbū apostoli ad Timotheū. CHRISTVS
IHESVS venit in hūc mundū peccatores saluos fa-

cere, hoc modo. Nulla causa. veniendi fuit CHRI-
STO: nisi vt peccatores saluos faceret. Tolle mor-

bos/tolle vulnera: & nulla est causa medicinæ. Sed
venit de cœlo magnus medicus: quia magnus p to
tū orbē terrę iacebat egrotus. Ipse egrotus/genus hu-
manū est: quod totū perierat / ex quo peccauit vnuis
in quo erat totū. Sed venit vnuis sine peccato: vt sal-

Lucæ. 19. uos faceret omnes a peccato. Venit cnī filius homi-
nis q̄rere: & saluū facere quod pierat. Hęc Augusti-

nus. In quib⁹ verbis attēdit dūtaxat susceptionē car-
nis nostrę a verbo: quaten⁹ passibilis est & mortalis/
curādoq; graui nostro morbo cōueniēs. Talib⁹ au-
tē affectā pprietatib⁹ / passibilitate inq; & mortalita-
te/non suscepisset carnem dei filius: si nulla fuisset
Ad æ præuaricatio/ quoniā caro nostra illis condi-
tionib⁹ nequaq; fuisset subiecta. Alteram vero cau-
sam humanationis verbi/superius assignatā/exalta-
tionē scilicet totius humani generis & subuectio-
nem ad deū: subticēt sacræ literæ/nec aperte decla-
rant. quoniā ex ijs quæ inibi expressa sunt/deduce-
dam illam reliquerunt: & ex suis signis typicis atq;
symbolis plane in sancta scriptura explicatis/ipsam
dilucide satis innuunt atq; loquuntur. Quid enim
hoc ipsum q̄ CHRISTVS ecclesiæ caput dicitur /
quid matrimonij sacramentum/quid deniq; animę
ad corpus hominis nexus/aliud quæso īsinuat: nisi
filij dei incarnationē/ nulla etiā præuaricatione di-
tini præcepti facta/fuisse futurā? Hęc sane multo-
rū eruditioē prestatū virorū est sentētia. presertim
religione mūdi contéptrice & doctrina celebratiſſi

mi viri Alexandri de Ales. Qui in tertia parte suæ Alexader summe pertractans materiā de incarnatione verbi: de Ales. hanc approbat & suffulcit positionē. At cum is tantus habeatur/ ut propter doctrinæ exuberantiam/ solum fiditatem & synceritatē: irrefragabilis vulgo denominetur: nō duximus illi hac in parte refragandū quin potius ut vero simile proponenti adhærendū. Itaq; hanc sententiam (citra tamen oppositæ partis quæ grauissimos etiam ac eruditissimos habet autores & affectatores/damnationem) hic disceptando alteri præferimus: q; ipsa amplius videatur magnificare ipsius dei potentiam/ sapientiam & beatitudinem / immo eximiam eius liberalitatem locuples extollere/ q; sententia opposita: astruens ex sola occasione peccati / tanti beneficij pendere gratiam.

²¹ ¶ Præterea ut commonstrent peccatum Adæ necessarium fuisse ad maius bonum obtinendum/ q; fuissetmus adepti illo nequaq; commisso: contedunt alij partis aduersæ assertores/in hoc naturæ prolapsæ statu præstari nobis maioris perfectionis matrem & argumentum: q; consecuti fuissent homines/ in puritate & synceritate innocentiae persistentes. q; maior nunc ingeratur labor & difficultas homini recte operadi: ob repugnante carnē/ alliciente mundū/ & insidiantē dæmonē: q; occurrisset/ nulla preuaricatione facta. Ipse autē difficilior animi conatus/ grauior nixus/ & sudor anhelus ad bonū: redit opus melius/ atq; commendabilius: aprioriq; laude dignū / q; si absq; negocio & labore facile fuisset peractū. Quanto enī difficilior est in hostē pugna: tanto clarior esse solet & insignior victoria. ¶ Verū ybi huiusmodi difficultas/ nostra culpa est inducta: non oportet ex illa prodiens opus idcirco maioris

De qualitate

habete bonitatis aut præstabilitatis rationem. Qui enim transacta etate aut gulæ deditus fuit aut libidini/difficilius nunc ieunio se afflictat & voluptates carnis abdicat: Quis qui a puerilibus annis / & ieunijs est assuetus & continetiae. haud tamen idcirco consequens est: opus illius quod huius esse laudatius . Rebello autem carnis in spiritum / atque ad malum prospensio/ mundi blandientis tentamenta / & maligni suggestiones: ex nostra ortum habent vires quod sumunt culpa/ originalis peccato / quod ex protoplastorum prævaricatione contraximus . Fuerunt sane præclaras/domini nostri IESU CHRISTI (qui est deus benedictus in secula) & sacratissimæ virginis MARIAE opera/ad mores spectantia: aliorumque hominum factis longe præstantiora . attamen nulla illis a carne & concupiscentijs eius illata est difficultas aut infestatio: cum nullam senserint intraneam ad maius proclivitatem. ut exide intelligamus difficultatem in bono opere faciendo: non semper arguere maiorē illius cōmēdationē. Et si non declinasset primus parens a rectitudine illius induita : insignē excellentiā habitura fuissent illius status humani opera bona / tametsi nullā habuissent annexā difficultatē aut molestiā.

CAt dicet quod spīa. **Q**uis dominus noster & sacrosancta eius mater non pertulerit grauamē ab intrinseco hoste nostro/scilicet corpore: grauib⁹ tamē a misero & prauis hominib⁹/afflictionib⁹ sunt pressi. qui non desierūt CHRISTVM persecutionib⁹ quatere/secundū doque loco piētissimam eius matrem in filio afflīctare:

Nec defuit antiquus hostis ac sathanas: cōcitans malos sibi obtēperantes in grauissimā aborū psecutionē. Vnde mira vtriusque emicuit patiētia : inuictaque animi constatia. sicut ex malignitate prefeldū/regul

& principum terræ sequentium in fortissimos CHRISTI athletas ac martyres: mirifice effusit indomabilis ipsorum virtus / & invincibilis fortitudo. inde vicitrices consecuti sunt in cœlesti regno coronas / & triumphales martyrij titulos: nullo delebiles æuo. Qz si indeflexam seruasset protoplastus in deū obedientiam: nō occurrisset tolerantie martyrij: qz perferendi materia/ quin immo nec exercendæ patientiæ: quoniam nulla tunc ingruisset hominibus aduersitas. Videtur ergo in præsente rerum conditio ne oblata nobis materia euadendi ad perfectiorem virtutis eminentiam ac gradū: qz in illa naturæ insitutæ rectitudine. & ad hoc perfectionis consequendum fastigium/necessarium fuisse Adę peccatum: ut sine quo nec tam grauia fuissent certamina / nec tam excellētia præmia. ¶ Fatemur ingenue qz in eo exercendæ virtutis genere per patientiam aduersorumqz casuum tolerationem defuisse hominibus materia/ si natura insitam & gratia suffultam seruasset Adam rectitudinem. Sed nunquid idcirco negata fuisset homini facultas concendēdi ad tantū aut excelsius perfectionis culmen: ad quod nunc pertingere potest? Nōne obedientiæ/humilitatis/ & charitatis & iustitiæ in omnes/denegata illi fuissent opera: quibus ad tantam aut maiorem peruenire posset celitatem virtutis/qz nunc attingat? Certum est profecto cœlestes & angelicos spiritus qui infracta mente deo adheserunt/nec concusso tribulationibus nec eruminis pressos: apud deum tamen/excellentem gloriæ consecutos esse sedem & remunerationē/qz in ordine suo firmiter perstātes/ & humilitatē & obedientiā in ipsum seruarunt. ¶ Itaqz quod in uno virtutis genere tunc minus fuisset hos

De qualitate

mini oblatū: in alio affatim ac copiose eidem subministratum extitit / & compensatione quadam præstitum. vt sumptis omnibus ad illius primi statutus perfectionem attinentibus / & collatis ad ea quæ præsentem nostri generis statum ad summam virtutis arcem euehunt : ea quæ prioris status sunt bona / ad complementum humanæ perfectionis facieitia / aut tanta fuissent aut ampliora / q̄ sint ea quæ nunc ad absolutam hominis conferunt consummationem. Cum enim in ipsa prima productione tantis deus hominē locupletauerit donis / adeo copiosis cumulauerit munerib⁹ / tantaq; nobilitate naturæ gratiæq; dotauerit : nōne ampliora illi & toti ipsius stirpi adiecturus erat gratuita liberalitate bona quibus in supremum ascenderet apicē perfectionis / & cōsummatissimum demū euaderet: cū soleat artifex inchoatum opus magis ac magis expolire / adornare & decorare: quoad enī studio ipsum cōsummauerit / a minore perfectionis gradu ad maiorem paulati procedens. Cū etiam hominē trās gressum constitutā sibi legem deiq; desertorē non deseruerit ipse benignissimus rerū author / neq; suo destituerit præsidio: sed multis illum affecerit muneribus / copiosisq; suæ prouidentiæ donis prosecutus fuerit / donec redēptorem de cœlo ac saluatorē illi mitteret dei filiū. nonne longe vberioribus sue largitatis beneficijs illū dotasset / & pluribus decorasset gratiarū muneribus : si permāsisset obediens dco / cōstitutatāq; sibi legem nō violasset? Nempe recta suadet ratio / plura in amicos q̄ in hostes / i bonos filios q̄ malos: conferenda esse beneficia. Quare vero simile est neq; omnino improbabile aut incredibile: q̄ longe pulchrior / dignior ac perfectior in virtutum orna-

tu fuiss^t prioris status humani conditio : q̄ sit ea
 quæ casum protoplastorum est consecuta . neq; ad
 altiorem perfectionis gradum asequendum: fuisse
 necessarium Adæ peccatum / vt occasionem illi pre-
 stans. ¶ Rursum insistunt alii / ex prolapso ipsius
 Adæ id prouenisse bonum q̄ per CHRISTVM
 reparatorem ad vberiorem gratiæ copiam sit huma-
 num genus proiectum : q̄ habuisset si in sua recti-
 tudine perslitisset immotus ipse protoplastus : secū-
 dum illud beati Pauli verbum . vbi abundauit deli-
 ctum : superabundauit & gratia. Quemadmodum
 enim (inquiunt) particularis homo ex lapso in pec-
 catum resurgēs ad vitam / affluentiorē semper cō-
 sequitur gratiam per unctionē illam q̄ ante lapsū
 habuerat : ita & in tota nostri generis vniuersitate id
 factum autumant / q̄ ad excellentiorem per CHRI-
 STI mortem ac passionē reparatum sit gratiæ vber-
 tam / q̄ ante lapsū obtinuerit. Tantam vero gra-
 tiæ copiam & perfectionis exuberantiam quæ per
 CHRISTVM liberatorem nostrum est praesita non
 consecuta fuisset humana conditio : nisi precessisset
 Adæ peccatum. Quare ad hanc diuinę gratiæ conse-
 quendā largitatē : putant Adæ peccatū recte dici ne-
 cessariū. ¶ His in oppositā partē obiectis respondē-
 dum est non vsc̄ quaq; id exploratum haberis / q̄ in
 peccatū collapsus & resipiscēs : cumulatiorē semper
 obtineat gratiā / q̄ ante ruinā habuerit. Si quis enim
 elanguido & tepescēte animo pedē reuocet a malo
 perpetrato : quis illū dixerit vberiore dotari gratiā
 q̄ prius habuit: nonne aut æquā interdū aut mino-
 rem post dimissionē peccati poterit gratiæ sortiri
 gradum / collatione ad pristinā gratiæ dispositionē
 facta: pro qualitate animi / maiore affectu aut tepi-

Roma.5.

De qualitate

diore detestantis culparum? Rationabile siquidē est si quis ardētius vehemētioreq; affectu vitā præteritā detestatur: illū abundantius gratiæ munus percipere. vt peccatrix illa ad pedes domini quos lachrymis rigauerat/exterferat capillis & vnguento perfuderat: peccatorum suorum veniam cōsecuta. Beatus item

Lucæ. 7.

Matth. 26.

A&tu. 9.

Roma. 5.

diore detestantis culparum? Rationabile siquidē est si quis ardētius vehemētioreq; affectu vitā præteritā detestatur: illū abundantius gratiæ munus percipere. vt peccatrix illa ad pedes domini quos lachrymis rigauerat/exterferat capillis & vnguento perfuderat: peccatorum suorum veniam cōsecuta. Beatus item Petrus post trinam negationem quam amaris diluit lachrymis: ad cumulatius gratiæ munus a domino subiectus. Paulus etiam post atrocitatē perse- cutiōis ad apostolatū a domino vocatus: multipli- ci gratiarū dono adauctus & locupletatus est. Et in his/eorumq; similibus: locum habet & veritatem id apostoli ad Romanos verbum. Vbi abundauit deli- ctum: superabundauit & gratia. At quotus quisq; est hominum: qui eo animi feruore/ ardore spiritus & flagrantī corde abdicatis vitæ præteritę peccatis ad deū respirat/& ad melioris vitæ frugē resipiscit? Nōne tanta est nostræ mētis tepiditas/tantusq; tor- por: vt algido frigenteq; corde vix ad dominum cō- uertamur/ & trāfactam perosi vitam reuocemur in rectiorem animi statum aut qualitatem? Quomo- do igitur id polliceri nobis audebimus: q; peccato- rum ducti pœnitudine restituimur semper ac refor- mamur in digniorem q; amissa sit animæ conditio- nem/cumulatioremq; gratiæ fructū? cum nobiscū bene actum putare debemus: si in eundem reduca- mur quem perdidimus ornatum sp̄iritus/ac bonita- tis gradum. timendumq; sit nobis q; s̄epius in mi- norem ac inferiorem gratiæ statum reuocamur: q; ante sit abolita per peccatum. immo & interdū sub- uereri oporteat/ne ob nimiū cordis segniter ad deū se erigentis temorem: necq; abolitionem peccatorum consequamur necq; iustificationis gratiam. Beatus

enim homo: qui semper est pauidus/ & qui de pro-
pitiatu peccatorū suorum non est sine metu: vt ad-
monet ecclesiasticus. ¶ Neq; ex eo Sapientis dicto
q; sapientia vincit malitiam: recte quis cōficiat ma-
iorem nobis per p̄nitentiā reddi semper gratiā q;
habuerimus ante culpā. Vincere namq; malitiam
dicitur sapiētia: q; eam totā sustollat/nichilq; illius
relicuum in anima cui se inserit permittat. non au-
tem: q; copiosiore gratię lucem illi q; prius obtinue-
rit semper infundat. Quemadmodū claritas solis
nocturnas abigens tenebras nichil obscuritatis in
aere sinit permanere/sed totū solari opplet lumine:
nō tamē semp inducit pleniorē lucis fulgorē q; ha-
buerit aer anteq; offunderetur tenebris. Ita & calor
igne⁹ totā ab aqua sibi admota depellit frigiditatē:
& nullas illius reliquias ineffe patitur quas nō effu-
get. haud tamē semper validiorē illi ingignit ac im-
primit vim caloris q; ante frigoris aduentum ip-
si inerat / sed interdum etiam equalem aut mino-
rat. ¶ Porro id beati Augustini verbum q; deus

Augustin⁹

adeo est omnipotens/ vt non fineret mala fieri nisi
inde maiora bona eliceret: recipiendum sane est &
admittendū. recte tamē intellectū: nequaq; pro ad-
uersa parte militat. Non enim ita intelligi debet &
accipi: q; ex malis que p̄mittit deus fieri semper eli-
ciat maiora bona proueniētia illi/ que sinit perpetra-
re mala. cū interdū propter ea facinora ex quib⁹ bo-
nū aliis elicit: demergat authorē malorū i dānatio-
nē ēternā. Pharaonē quippe regē Aegypti permisit Exo.1.
deus crudelitatē exercere durāq; seruitutē in popu-
lū Hebræorū. Ex hoc tamē nullū elicit illius bo-
nū: sed post obduratū s̄apius ipsius cor/ submersi-
onē eius & totius Aegyptiorū exercitus in mari rus Exo.14.

d.j.

De qualitate.

bro. Aliorū tamē exinde procurat̄ bonū: scilicet manifestationē suā potētiā corā populo Israclit̄: & magnificationē sui nominis. quēadmodū per Moysēm ipsi cōtestatur Pharaoni dicens. Idcirco autē posui te: vt ostendā in te fortitudinē meā/ & narretur nōmē meū in omni terra. Sic & Sēnacherib regē Assyriorū pmisit deus execrādas in cōclū cuoꝝ mere blasphemias : & terrā Iuda graui bello pres mōre. Ex hoc tamē nullū ille cōsecutus est bonū/sed post cōfū angelica manu numerosum suū exercitū in terrā suā reuersus: filiorū suorū gladio percussus in tēplo interīst. Attamen huiusmodi malorū permissione/jalīs dēū colētibūs bonū prouenit nō mēdiocre: agnitio scilicet diuinę protectionis in cultores dei/ & scueritatis manus eius in cōcli & numinis contēptores. Et vt paucis agā/ quōscūq; sinit deus cōmittere mala & ad finē vīq; vitae in illis perseuerare: nullū sane bonū & vtile illis/ elicit deus huiusmodi malorū permissione/quoniā obīciūt obſtaculū. sed rectitudinis suā iustitiā dēclarationē in iusta illorū dānatione: quæ alijs cedit in vitę emendationē/ & cōparādū dei timorē. Ita ad rē propositā accōmodādo quę iā dicta sunt/de⁹ ex peccato pri mi parētis maius elicit bonū: vtpote suā iustitiā apertā declarationē/qua pro vni⁹ p̄cepti trāsgres siōe ipsū & totā suā posteritatē dānauit/exclusit cōlō/maledictō & morti subiecit. quæ ōnia iā nouissimodicta loco noxia admodū sunt hominib⁹/ & in bonorū numero nequaq; reponi debent. ¶ At quoniā ex ipso primorū parētū delicto etiā elicit deus passionē& mortē domini nostri IHESV CHRISTI & reparationē totius hūani generis: vt multorū est sentētia/ quę cessit in magnū cōmodū & vtilitatē hominū, ingenue sane fatemur ex ea trāsgressionē ma

Exo. 9.

4. reg. 18.

4. reg. 19.

ius bonū hoībus esse cōparatū: q̄ fuerit dānū atq; dispēdiū per trāsgressionē illatū. vt si cōferatur boz nū humano generi per redēptionē a CHRISTO fa-ctā indultū ad exitiū & malum quod per præuariz-ationē primorū parentū incurrit humana natura: lōge excellētius est id bonū per CHRISTVM nobis collatum in profectu & vtilitate/ q̄ malum nobis il-latum per primoruī parentū reatum in nocumen-to & dispēndio. Et ita maior nunc est gloria in ho-mine redempto per CHRISTVM: q̄ fuit prima cō-fusio eiusdem dānati per Adā/ vt in vna prosarum paschaliū canit ecclesia. quod & multifariā ostēdit apostolus ad Romanos scribēs: his verbis. Sed non Roma.5. sicut delictū: ita & donum. Si enim vnius delicto multi mortui sunt: multo magis gratia dei & do-nū in gratia vnius hominis IHESV CHRISTI/ in plures abūdauit. Et nō sicut per vnuī/delictū: ita & donū. Nā iudicis ex uno: in cōdēnationē. Gratia autē ex multis delictis: in iustificationē. Si enī vniū delicto mors regnauit per vnuī: multo magis abū-datiā gratiā & donatiōis & iustitię accipiētes/ in vita regnabūt p vnuī IHESVM CHRISTV. Quib⁹ ver-bis ostēdit deiloqu⁹ Paul⁹ multo vberiorē esse gra-tiā nobis p CHRISTV redēptorē collatā: q̄ fuerit iactura & dānū sine corruptela p Adā præuaricato-rē/ reōnibus hoībus irrogata. Ex hoc tamē necdū habetur/ cumulatiora fuisse dona hominis p CHRISTVM redēpti: q̄ fuerint eiusdē ante lapsū in sua re-stitudine cōstituti. facta scilicet collatione bonorū hūano generi collatorū per CHRISTI reparatiōnē/ ad ea bona quę habuit Adā ante suā præuaricatio-nē/ in decore & pulchritudine natiuę pfectiōnis cōsi-nēs. Nichilo feci⁹ si dicēdū eēt peccatū Adē necessa-d. ii.

De qualitate

riū/quia præstaret occasionē maiori bono per mor
tē & redēptionē CHRISTI cōsequēdo: op⁹ esset ostē
dere/nō solū maiorē esse doni redēptionis excellē
tiā: q̄ fuerit ipsius delicti Adæ pernicies & noxia ta
bes/ qd̄ iā est ex Pauli verbis admissū. verū etiā mō
strare præterea oporteret/præstatiōra ac plura esse
bona que per reparationem a CHRISTO factā su
mus consecuti: q̄ ea fuerint quæ ante lapsum in
peccatum habuit primus pares/ quod nondū satis
est patet factū nec aperte adhuc liquet. Demū quis id
postremū admittatur: ne cdū tamē id ratū habetur/
q̄ copiosiora sint bona humano generi per redem
ptorē CHRISTVM collata: q̄ fuisset ea quæ tota fo
boles hūana obtinuisset/ si nulla intercessisset Adę
præuaricatio/sed ipse cū tota sua prole in suę recti
tudinis tenore permāsisset. Nulli enī id dubiū habe
ri debet/ipsū Adā deuicta serpētis tētatione diuina
gratia roboratū & cōfirmatū/in amplā diuinorum
donorū copiā fuisse peruereturū:& ex cōtinuo ope
rū iustitię exercitio in accremētū & admirabilē pro
fectū decorēq̄ virtutū cū tota posteritate euasurū. vt
illi⁹ status sublimitas & perfectio quā tādē fuissent
homines in eo vitæ genere cōsecuti: aut æqua fuis
set aut præstatiō (ōnib⁹ vtriusq; partis in vnū col
latis bonis) q̄ cōditio nostra in præsente rerū statu
& iā facta per CHRISTVM generis humani redem
ptione. At si nessariū dici debeat Adę peccatū/quo
niā maioris boni cōsequēdi sit causa/sine qua nō ha
beretur tātum ac tale bonū: opus esset ampliora &
copiosiora esse bona que per CHRISTVM redem
ptorē sumus adepti/q̄ fuissent ea omnia quæ perce
pisset in toto vitæ præsentis curriculo & per omnē
tēporū successionē ipse homo: si in suę integratatis

incolumitate indimotus perdurasset/quantūuis ad virtutis apicem & fastigiū fuisset operādo iustitiā prouect⁹. quod plane perq̄ difficile foret solidā ratione ostendere /ac cōmonstrare. ¶ Sed insistet hic aliquis/cōprobare cōtendēs gratiā & virtutes homi ni a deo indultas/efficaciores esse ad recte operādū in statu naturę lapsæ: q̄ fuissent in statu naturę humānæ in sua rectitudine cōditę/potissimū ratione difficultatis in operādo. Quoniā nūc in naturę corruptę statu magis ipugnatur homo: & ipugnādo magis probatur & examinatur eius virt⁹: q̄ fuisset ipugnata & examinata tūc/& in priore naturę vt instituta erat cōditione. Quēadmodū cōstat per du rissimos & fortissimos sanctorū martyrū agones. Nūc enī potissimū habet locū illū verbū sacerrimi Pauli:scribētis ad Timotheū. Nemo coronabitur: nisi q̄ legitime certauerit. At si has pugnas euicerit homo: gloriōsi⁹ triūphat/& ita maiore meretur corona. Igitur gratia & virtutes quib⁹ homo hoc ges sit certamē:ad bene operādū sunt efficaciores. Rur sū. quoniā homo maiore premitur recte agēdi difficultate post lapsū primorū parētūl q̄ ante fuisset pressus: maiore indiget adiutorio dei nūc q̄ tūc. Ergo de⁹ qui suos milites presidio necessario nō desti tuit: validiora cōtulit illis arma gratiarū & virtutū q̄ prius contulisset. Ad hęc/sacramēta ecclesiastica quib⁹ tāq̄ armis munimur in hostes & insignimur militia CHRISTI/dona itidē gratiarū: profluūt no bis a gloriofa CHRISTI passiōe/a qua etiā accipiūt efficaciā. Atqui si nō fuisset prolapsus Adā:nō fuis set CHRISTVS mortē pass⁹ pro nostra redēptiōe. & tūc defuisset nobis ea ex parte:efficacia recte agē di. Est igitur nūc virtutū & gratiarū nobis collataz d. iii.

2.timo.2.

De qualitate.

rū maior efficacia: q̄ tūc fuisset. ¶ His respōdendū est: ex dictis nūero. 21. & 22 parti patere hic obiecto rū dissolutionē. Adiiciēdū & id q̄ quis in vno singulāri homie aut altero: gratia & virt⁹ sint nūc efficiaciores ad recte agēdū. nō tamē generati in omnib⁹ / sicut tūc ōnes saltē aliquā habuissent bene agēdi virtutē. Demū licet ratiōe difficultatis operis & efficacie passionis dominicę: maior fuisset probe agēdi vis & virtus. nō tamē ratiōe prōptitudinis volūtatis: quę multū cōfert ad op⁹. Tūc enī volūtas nullo impedita obſtaculo carnis aut cōcupiscētię oblitatis rationi: libere & affidue fuisset in deū intēta & bonis operib⁹ dedita. Nūc vero agrauata pōdere carnis / & terrenorū affectib⁹ occupata: tardius & rarius in deū fertur. ¶ Insuper iſurget ali⁹ fortasse/ cōmōstrare annitēs q̄ deus maiora munera gratiæ cōtulerit homini lapsō: q̄ dedisset eidē in statu inoccētiæ permanēti: nō quidē personā ad personā sed statū vñ ad alterū cōparando. Nā homo maiori gratię adiutorio indiget in hoc statu naturę corrumpēpter grauiorē ipugnationē & maiorē ad malū proclivitatē. Ergo de⁹ q̄ nūq̄ hominē destituit necessarijs ad salutē subsidijs: apriorē illi nūc gratiā tribuit. Decet itē deū de malo elicere maius bonū: q̄ sit bonū illud quod malū nocendo ademit. alioz qui malū fieri nō permitteret: secundū Augustini sententiā. Demū CHRISTVS mediator noster & intercessor interpellat pro nobis affiduc apud patrē/ apparetq̄ vultui dei ut pōtifex noster ī ēternū. Qui & in cruce oblatus est pro nobis: & quotidie offeratur in auguſtissimo sancti altaris sacrificio. Quare ipsius (qui noster etiā est aduocatus) patrocinio & auxilio plura gratiarū dona nūc percipim⁹: q̄ obtinuissemus si pro nobis non fuisset mortē passus.

Roma. 8.

I. Ioā. 2.

CHIS autē obiectis suo respōdendū est ordine. Et primū quidē. q̄ quis homo nūc maiore idiget ad iutorio gratiæ q̄ tūc eguisset. minus tamē plerūq; nūc se præparat ipsi gratiæ percipiēde/ imo & tardior est ad ipsā expetēdā a deo ob prop̄sum ad terrena affectū: q̄ fuisset in priore nostrę naturę statu. quare ut plurimū/min⁹ etiā gratiæ nūc assequitur. Quomodo autē id intelligēdū/q̄ ex malo de⁹ semper mai⁹ eliciat bonū:ex numero. 25. iā planū euasit. Estenī id credibile/q̄ si p̄st̄t̄t̄set Adā:plura cōsecuti fuissent homies gratiarū munera in toto hūa nē successiōis decursu per vitā hāc sensiblē: q̄ nūc post lapsū cōsequātur. quoniā null⁹ fuisset diuinæ gratiæ expers:vt modo dīctū est. Deniq; et si CHRI STVS morte sua viuifica/amplissimā nobis gratiā promeruit/ & abūde cōfert ijs qui se disponūt ad illā suscipiēdā: nos ipsi tamē ex corruptione naturæ per Adæ peccatū inducta/plerūq; ebicē ponim⁹ & impedimētū ne illā recipiam⁹/ & ita vacui ea gratia relinquimur. Sed de hoc:in numero sequēte fiet am

28 phor lermo. **C**Preterea instabit aliquis fortasse/ ex delicto prīmi hoīs vt occasiōe p̄equia atq; preābula declaratā in nos esse eximiā dei charitatē/q̄ miscrit filū suū propitiatiōnē p̄ peccatis nostris:nō pro nostris autē tātū:sed etiā p̄ toti⁹ mūdi. vt inqt Ioānes. 1.Ioan.2. Quod & apostol⁹ ad Romanos scribēs luculēter asperit. Cōmēdat(inqt)charitatē suā de⁹ in nobis/quo Roma.5: niā si cū adhuc peccatores essem⁹ scđm tēp⁹ CHRI STVS p̄ nobis mortu⁹ es: multo igitur magis nūc iustificati in sāguine ipsi⁹/salui erim⁹ ab ira p̄ ipsū. Si enī cū iimici essem⁹/recōciliati sum⁹ deo p̄ mortē filij ei⁹: multo magis recōciliati/salui erim⁹ i vita ipsi⁹. Idē quoq;ephelijs scribēs:ita dei amorē effert. De⁹ q̄ diues ē i misericordia/ppter nimiā charitatē Ephe.2. d.iiij.

De qualitate

suā qua dīlexit nos: cū essemus mortui peccatis/ cō
uīuificauit nos in CHRISTO/ cuius gratia estis sal
uati. Vbi vero nullū incurrisset reatū prim⁹ parēs:
nō fuisset tā insigniter & eminēter nobis patefacta
dei in nos dilectio: q̄ nō tradidisset filiū suū in mor
tem pro nobis/ neq; nostræ redēptionis preciū ip
sum exhibuisset/ quemadmodū nūc pro sua boni
tate prōptissime præstítit. ¶ Sed reddēda est respō
sio neminē inficiari merito posse: magnā filij dei
charitatē in hoc redēptionis per suā mortē opere
elucere ac enīescere. Ardentissimi siquidē amoris
id est argumētum / effusaq; gerentis vīscera mī
rationis: q̄ seipsum exhibuerit dei filius preciū: no
stræ redēptionis pro īnimicis suis/ et ijs qui grati
ter diuinum numē offendērāt. Quinimmo immē
sæ illius charitatis magnitudo & flagrātia: menti
nostrę incōprehensibilis est/ & sermone nostro inē
loquibilis. Et si nō excidisset primus parēs diuina
gratia per mandati transgressionē: non fuisset hac
via & modo nobis īsinuata propensissima ipsius
dei in homines dilectio. Verū alijs mediis atq; viis
licet nobis incognitīs/mira dei bonitas in homines
innotuisset: vt cognatione naturę & generis nostri
assūmpti/qua caro & frater noster dei filius fuisset/
familiarī dei cū hominib⁹ cōsuetudine/quotidiana
hominū cū deo cōuersatione per iugē contēplatio
nem/totius demū humani generis etiā in singulis
individuis glorificatione/atq; ad æternā beatitudi
nē traductione. Vt q̄uis fortasse vnū aut alterū dei
in homines beneficiū/nunc augustinus sit & excellē
tius secūdum pōdus ac preciū: q̄ tunc fuisset. illius
tamē tēporis benefica largitas a deo in gen⁹ hūanū
diffundēda/ in önes homines nullo secluso fuisset

extenta: nec vllus vnq̄ hominū tantæ fuisset exors
beneficetię. Nūc vero nō ita in omnes deriuatur tā-
tē charitatis fruct⁹/ quādoquidē multi pprijs ipedi-
ti malis & ignauia torpētes: nō percipiūt profectū
tam salutiferæ passionis dominicę. Et vnde queso
pria est illius mali origo: nisi ab ipso peccato Adę:
quod inuexit rebellionē carnis in sp̄iritū/ & appeti-
tus sensitiui contra rationē: per quæ abducūtur ho-
mines a percipiēdo fructu redēptionis mūdo exhibi-
bitæ. Esto igitur peccatū Adæ vt causa accidētaria
redēptionis factæ: nichilominus causa est per se &
potior priuationis tanti boni. q̄ vt primaria labes
præbeat obstaculū: quo distinētur multi & impe-
diuntur a fructu redēptionis sibi acquirendo. Non
igitur necessarium debet denominari ad maius bo-
num assequēdū: cuius ex se & suapte natura impe-
dit assecutionē/ multosq; frustratur & fraudat tāto
bono: quod eius occasione dicitur nobis esse præssi-
tū.

Demū esto q̄ necessariū secundū illā rationē
fuerit Adæ peccatū/ tanq̄ causa sine qua nō fuissent
obtēta tātē dignitatis & excellētię bona: quāta nūc
obtinuimus. nūquid idcirco laudari debet & prēdi-
cati cū exclamatoria assertione/ & admirabūda cō-
mēdatione; tanq̄ aliquid in se habeat laudabilitatis
præconiove dignum/ cū certe nichil tale obtineat?
Quēadmodū esto q̄ peccatores prēstiterit occasio-
nē remotam q̄ sacratissima virgo MARIA facta sit
dei mater: attendēdo prēsentē nostrę conditionis
statū. secūdū quē ait beatus Augustin⁹ ad sanctissi-
mā virginē. Vt quid enī nescia peccati p̄ peccatoz
rib⁹ parercs: si deesset qui peccasset? aut quid mater
fieres saluatoris: si nulla esset idigētia salutis? nun
quid idcirco laudādi sunt peccatores &claro extol-

Augustin⁹.

De qualitate

lendi præconio: quoniam tam ingentis beneficij præstiterūt materiam? Nunquid ideo recte decantabit ecclesia. O necessarios certe peccatores: ppter quos beata virgo MARIA dei mater ē effeta? Quis (oro) illud pbauerit cāticum? Nullus sane abigit ipsum Adę peccatū non maiorē habere bonitatis rationē/ cū ex eo per accidens aliquod prouenit bonum/ q̄ si nullū prorsus bonū/ ipsum consequeretur. quādoz quidē quod īnde enascitur bonū: non ex ipsius pecati natura/ aut cooperatione/ siue coefficiētia proficiscitur. immo peccatū potius suapte natura ipediret talis boni consecutionē: nisi summa dei bonitas superuinceret nostrā malitiam. Atqui aliquid/tantū in se habet laudabilitatis: quantū bonitatis. quoniam sola bonitas/vnica est ratio: quare aliquid est laude extollendū. Ergo & ipsum Adę peccatū non potiorē habet laudabilitatis rationē/ quādo ex ipso vt occasione præcedēte tanta prodierunt bona in totum genus humanum : q̄ si nulla pr̄sus processissent. Sed si nulla omnino bona fuissent profecta ex eo/aut subsecuta: nullus sanæ mētis duceret ipsum laude dignū/ aut præconijs efferendū. Ergo & nūc cum redēptionis nostræ beneficiū ex illo vt accidētaria causa progressum est peccato: neq̄ laudabile est nec cōmendabile. Quid igitur cū exclamatiōis laudatorię nota/adiūcta assertione prædicatur: tāq̄ boni alicuius speciē gerens: hoc modo. O certe necessarium Adę peccatū: quod CHRISTI morte desletum est. Nōne ex ipso proferēdi schemate & tenore: denotari videtur in se rationē aliquā boni contineat: quēadmodum ea que præcedunt/vtpote. O nimia circa nos tuę pietatis dignatio. O iestimabilis dilectio charitatis: vt seruum redimeres/filium tra-

didisti. & quod duas istas propositiones quæ discutuntur continuo sequitur: scilicet. O beata nox/ que sola meruit scire tempus & horam: in qua CHRISTVS ab inferis resurrexit. & vere bona sunt: & ut bona laudatur. Nonne videtur ex ipso orationis contextu/quod extremis est interstes: ab illis non discrepare? Quocirca non parum nobis est formidandum: ne ea percellamur interminatio propheta/ cum laudatorio more necessarium prædicamus Adæ peccatum. Vnde qui dicitis malum bonum/ & bonum malum: ponentes tenebras lucem/ & lucem tenebras: ponentes amarum in dulce/ & dulce in amarum. Itaque multo satius esset & pietati Christianæ fidei conformius/ ut plerique sentiunt: quod sola diuina prædicaretur miseratione & dilectione in homines / quæ tantum prestitit mundo beneficium gratuita benignitate sua. sicut passi in euangelij & epistolis apostolicis ipsa eam ob rem laudatur: ut causa propria & per se deletiois peccati Adæ per mortem CHRISTI. ut cum dicit ipsa veritas in euangeli. Sic deus dilexit mundum: ut filium suum unigenitum daret. ut omnis qui credit in illum non pereat: sed habeat vitam eternam. Et sacroloquus Paulus ad Ephesios scribens ait. Estote imitatores dei ut filii charissimi: & abusez i dilectione/sicut & CHRISTVS dilexit nos/ & obtulit semetipsum oblationem & hostiam deo in odorum suauitatis. Et multis alijs in locis: dei in nos dilectione assignatur omnimoda & tota causa exhibetur nobis saluationis: neque nulla causalitatis illius tati boni ratio inuenitur. in sacris literis peccato ipsius Adæ attributa. ¶ Sed hic fortasse quisque ad improbadum quod modo dictum est: ad id confugiet: quod in ea oratione de qua versatur praesens disputatio nequaquam laudatur peccatum Adæ/ neque vello extollitus

Esaie.5.

Ioan.3

Ephe.5.

De qualitate

præconio. quoniam laudatio ipsa non fertur illic
(inquiet) mente & intellectu in Adæ peccatum: sed
in bonum ipsum consequens & secundo expressum
loco/vtpote in mortem CHRISTI qua deletum est
peccatum . ob cuius quidem mortis preciositatem
& beneficij illius deletionis magnitudinem: redū-
datquodam modo & secundo loco aliquid laudis
in ipsum Adæ peccatum/ quod præstítit occasione
tanto bono. Verum ab illo qui id querit effugium/
percontandum est: vtri parti illius primæ orationis
annectitur nota exclamatiōis & laudis cū assertio-
ne, priori ne parti:astruenti necessarium esse pecca-
tum.an posteriori:asseueranti illud ipsum peccatū
CHRISTI morte esse deletū. Nonne (oro) illud se-
cundum recte locutionis legem censemur laudari :
cui annectitur particula laudis expicatoria? qualis
est ea interiectio in ipsa fronte orationis collocata.
Consimili etiam modo in secunda oratione de qua
hic agitur questio/nō recte potest dici laus ipsa fer-
ri in talem ac tantum culpæ redemptorem : quem
secunda illius orationis exprimit particula . sed in
ipsam culpam:quæ cum admiratoria exclamatio-
ne fœlix illuc nominatur . quandoquidē priori illi
parti apponitur ipsa laudationis nota. Neg̃ in to-
to sacrae scripturæ ambitu aut probatorum autho-
rum scriptis:id in vsu esse comperietur/ q̃ ipsa lau-
dis expicatoria particula priori adiiciatur oratio-
nis parti : & laus ipsa intelligatur non in primam
ferri partem/sed secundam cui non adiicitur . ¶ Si
rursum importunius idem insurgat : peccatum
Adæ inibi non laudari simpliciter & absolute si-
cut nec dici necessariū/sed solum in ordine ad tan-
tum bonū ipsum cōsequēs/quod deinceps explica-

tur. Ita neq; culpam simpliciter illic commendari/ neq; dici fœlicem: sed in habitudine & collatiōe ad redemptoris tanti & talis consecutionē in secunda parte expressam. Respondendum est illi/ neq; simpliciter neq; collatione ad aliud facta peccatū lauda ri posse. quoniam bonum illud succedens non tollit aliquam malitiæ partem ab ipso malo præce= dēte quin tam improbum sit & noxiū : acsi illud bonum ei nō successisset. quare bonum ipsum suc= cedens nullam eidem malo sustollit vituperationis rationem. Si igitur non minus dignum est vitupe= rior id malum secundum propriam naturam/ quan= do illud bonum ei succedit: sicut esset/ si non succe= deret id bonū/ quæ relinquitur ratio laudis aut cō= mendationis in illo malo propter succedens bonū? Consimiliter non minus infœlix est culpa Adæ si propriam attendas eius conditionem/ quis habue= rit admirādum redemptorem: q̄ fuisset si nullus ei aduenisset redemptor . cum aduentus redemptoris non reddiderit illius culpæ malitiām pro anteacto tempore leuiorem aut minorem. Igitur propter re= demptionis munus gratis a deo acceptum: nullam illa culpa cōsequitur laudabilitatis rationem/ sicut nec bonitatis. neq; aliquid īde accipit: vnde ī ure fœ=

32 lix dici debeat. ¶ Rursum si in proposita priore ora= tione/ necessarium designat (vt aiunt) causam/ sine qua nō haberetur id bonum quod deinde exprimi= tur: deberet ad proprium & accommodatū sermo= nem confiendum/nota quadam connexiuā pri= ris eius partis cum secūda designari causalitas vni= us ad alteram/hoc pacto. O certe necessarium Adæ peccatum: vt CHRISTI morte deleretur. Quemad= modum sacer Paulus enuncians q̄ oportet hereses , Corin.ii

De qualitate

esse: cōtinuo subnectit cur id oporteat/ vt qui probat
ti sunt (inquit) manifesti fiāt in vobis. At hic nulla
habitudo causalitatis prioris partis ad secundā insi-
nuatur, sed prædicatiua & assertoria utriusq; par-
ticulæ innuitur enūciatio/ & q; necessariū est Adæ
peccatū/ & q; CHRISTI morte est deletū . Nec enī
in pronomie illo relatiuo aliqua causalitatis includi-
tur ratio/qua referatur prior pars ad secūdā: sed so-
la relatio peccati ante positiū iterataq; replicatio po-
tiū absolute q; sub habitudie causæ facta/hoc pacto.
O certe necessariū Adæ peccatū: & illud CHRISTI
morte est deletū . Nōne hic simpliciter videtur enū-
ciari necessariū Adæ peccatū: nulla expressa causalit-
ate ad eius sequētē deletionē? Haud aliter i secūda
oratione nulla denotatur fœlicitatis culpæ assigna-
ri ratio: p secūdā ei⁹ partē, quēadmodū ea designa-
retur: si ita fuisset oratio cōtexta. O fœlix culpa: q;
vel quoniā/talē meruit habere redēptorē. Vbi talis
ac tāti redēptoris assecutio/redditur atq; assignatur
causa: quare culpa Adæ dicta fuerit fœlix. Sed & pri-
ma illius oratiōis pars id absolute pponit: q; fœlix
sit Adæ culpa, posterior vero illi per notā relationis
annexa: simpliciter id expromit/ culpā illā meruisse
q; talē & tātū habuerit redēptorē, nulla expressa
causæ aut causalitatis habitudine: qua ad priorē ora-
tionis illi⁹ partē referatur. Quocirca nō tā apta aut
cōcinnā est huiusmodi enūciatio sine notæ causa-
litatis expressione/ neq; tantā habēs veri similitudi-
nem: quantam præferret/ si cum huiusmodi nota
exprimeretur/ hoc pacto. O fœlix culpa: quia talē
ac tantū meruit habere redemptorem. Sed hæc: ip-
sam recte elocutionis rationē ac legē tantū respici-
unt. ¶ Insuper si malū aliquod præcedens/ quoniā 33

est causa sine qua nō haberetur subsequēs bonū: ad quod tamē nichil coefficit aut cooperatur per se/sed tantum illius est accidētaria occasio: dici recte posset necessariū & cū admiratiōe laudib⁹ extolli / eoz dē iure dicere nobis licebit. O certe necessaria Pausili i discipulos CHRISTI persecutio: que admirabi. Actu.9.

li ad deū vocatione in prædicationis studiū est conuersa. Sienī nō præcessisset in Paulo persquēdi im manitas: nō fuisset in eo tā admirāda de cœlo vocatione. Eodē quoq; modo dicere poterimus. O certe necessariam Petri negationem: quæ tanto lachrymārum flumine est deleta. Et rursum. O certe ne necessariam tyrannorum persecutionem: que tot martyrum milia CHRISTO consecravit. Si namq; nullus fuisset tyrannus persecutor: non fuisset ita dilucide perspecta martyrum constantia. Sic & Satthāg laudare possemus malitiam/eamq; cum admiratione prædicare necessariā: quia fuit causa si ne qua non fuisset cognita mūdo ipsius Iob patiē. Iob.1.

At manifestū est has propositiones omnes/absurdae esse: & auribus ad pietatē religionēq; assueatis ac formatis/igratas. Igitur & hec: que eiusdē est generis. O necessarium Ade peccatū: qđ CHRISTI morte deletū est. non est recipiēda in sensu proposito. quoniā nulla iuenitur inter hāc & illas discrepātia. ¶ Qz si qs dicatī propoſitiōe q̄ discussitū cōferri vniuersale malū antecedēs ad bonū etiā vniuersale & toti mundo cōmunicandū/imo bonorū omnīū maximū: vtpote mortē CHRISTI cūctis saluti ferā. In alijs autē ppositionibus adductis cōparari particulare malū/ ad bonū etiā particulare ac lōge iferius. & proinde cōtēdat: nō esse similē hic & illic rationem. is noscere debet) & sicut se habet vniuer-

Matth.26

De qualitate

sale malum & in omnes profusum ad bonū etiam
vniuersale & propagatum in vniuersos. ita particu-
lare malum & vnius singularis hominis ad particu-
lare itidem & priuatum bonum. Ergo si particulare
malum non debet dici necessarium propter con-
sequens bonum particulare : neq; vniuersale malū
& commune omnib⁹ necessarium denominari de-
bet neq; eo prædicari titulo propter vniuersale bo-
num consequēs quod eximiē est excellentiē. Aut si
hoc sic dicatur : & illud eadem ratione ita dici debet
secūdum rectam proportionis legem. ¶ Si rursum
instet aliquis non esse simile iudicium de hac pro-
positione quæ discussione præsenti pertractatur : &
ceteris iam adductis. Quoniam hęc propositio iam
per diuturnum usum est recepta: ob dicentis autho-
ritatem & ecclesię approbationem. Ceterę vero ne-
quaq; ita sunt admissae: neq; in usum receptae. qua-
re iure refutari possunt ac reici a communī pro-
batōq; sermone. Illi id respondendum. q; cum simi-
lis & eadem ratio ostendat hanc quæ disquiritur &
illas & aequo iure aut recipiendas aut refutandas: si
cut ceterae prius adductae non recipiuntur nunc
quoniam alienae videntur a vero & antehac non
sunt receptae. ita & propositio illa que necessarium
enunciat Adae peccatum si non esset ante recepta:
non deberet nunc recipi vel in usum assumi / q; ex-
traneum aliquid & peregrinū infert auribus homi-
num. Et si publica illorū ad quos id munus attinet
authoritate: sustolleretur suo loco/ decernereturq;
non esse adhibēda ecclesiastico officio: nichil cōtra
religionis pietatem immo nec veritatem in ea re de-
cretum videretur & cautum. ¶ Sed age nunc ostendamus secundam orationem cuius est suscep-
ta di-

sceptatio scilicet O fœlix culpa: quæ talem ac tantum meruit habere redemptorem / difficile admitsi posse in aliquo vero proprio & pio sensu: qui sit deo sacrifq; rebus dignus. Nempe si quis talis esset sensus: potissimum is assignaretur quo fœlix dicetur culpa Adæ/ non quidem propter intraneā & ipsi culpa in hérētem fœlicitatem: sed propter superueniēs illi ab extrinseco id grāde bonū/ q; talem ac tantum habuerit redemptorem: qui sane exhibitus non fuisset nisi ipsa culpa præcessisset. Tanta siquidem est (vt dicunt: qui hunc assignant sensum) illius beneficij redemptionis magnitudo: vt eius ratione & per accidens culpa ipsa dicatur fœlix/ quæ talem ac tantum consecuta est non ex se sed diuino munere subleuatorem, ac si plane dicatur. O q; bene actum est cum culpa Adæ: q; talem ac tantum obtinuerit/ adeptaq; fuerit redemptorem. Verum hic sensus: minus videtur proprius ac cōueniens. quia ipsa culpa nichil cooperata est per se ad huiusmodi bonum consequens: quin potius nata fuit illud suapte natura impedire/ & infœlicitatē homini/ dā nationemq; inferre. Quare solum accidentariū fuit illi culpe/ q; ipsam consecuta sit humana redēptio: & non ex propria ipsius conditione tantum bonū est homini indultū. Quæ autē accidentaria sunt: simpliciter enunciari non debent/ sed a disciplinis reiscienda perhibentur. Non igitur recte ob eā rationē huiusmodi culpa fœlix denominari debet: ea absoluta enunciatione quam præfert oratio proposita/ nichil ad illā fœlicitatē quo minus simpliciter dicta videatur/ adiiciēs: sed solū causam quare fœlix dici possit subiiciēs. ¶ Rursum. si culpa Adæ/ vere dicitur & proprie fœlix propter magnū bonū deinceps

e.j.

De qualitate.

totū naturæ humanæ collatū/ illius occasione/ redēptionē scilicet & liberationē a peccato: quod quidē bonū nō obtinuisset homo nisi præcessisset huiusmodi culpa. cōsimili iure dicetur & omnis illa culpa fœlix: quę præstat accidentariā occasionē aut exceptionis a culpa ad maiorē gratiā/ aut aprioris humiliationis post pœnitentiā/ aut diligētioris cautionis ne quis post reconciliatiōnē relabatur in eadē culpā. Ex quo cōsequēs est omnē dcmū culpā de qua fit salutaris pœnitētia: posse dici fœlicē. quoniā per illā habetur occasio illorū triū honorū: vt pote q̄ quispiā plerūq; vberiorē recuperet gratiā per reconciliatiōnē q̄ perdiderit per culpā/ si modo ex toto corde & seruide peccatū suū auersetur. q̄ itē magis humilietur secq; deiiciat: ex recordatione prēterit & culpe. & q̄ sit cautor ne relabatur in cōsimile malū cuius pœnitudine nūc ducitur. Id autē absurdū est & inconveniens. ¶ Ad hæc. si ex bono effectu consequēte per accidēs ipsam culpā/ apte ac proprie diū possit culpa præcedēs fœlix/ & cū admiratione laudari: quid nos prohibet ergo i hāc erūpere vocē? O fœlix Iudeo osculū: quo cōpletū est nostrę redēptionis my

Matth. 26. sterium. Ofœlix Iudeorum inuidia: quæ CHRISTVM in mortem tradidit nostræ redēptionis

Matth. 27. authorē. Et rursum. Ofœlix Pilati sententia: quā dānatus est CHRISTVS vt nos a damnatione eterna eriperet. Qz si hæc ppositiones sunt absurdæ (vt & vere sunt) & quid minus piū insonantes auribus hominū: & hæc propositio/ Ofœlix culpa: q̄q; talē ac tantū meruit habere redemptorem/ omnino illa cōsimilis: videtur etiā absurdā. ¶ Insuper. Si fœlix recte dicitur culpa/ quoniā præstat occasionem accidentiarum alicui bono subsequenti: eadem

omnino ratione ex similitudine sumpta/ opus alia
 quod bonum iure dicetur infelix ac infaustum:
 quoniam prestat occasionem alicui malo inde per
 accidens emergenti. Sic enim bonū opus nichil suaz
 pte natura coefficit ad malū sequēs/ quod ex antece-
 dente bono sumit occasionē: sicut & culpa ipsa ni-
 chil prorsus cooperatur ad bonū / accidentario ex
 ipsa enascēs. Qd si admittatur bonū opus dici pos-
 se infelix/funestum & miserum/propter malū in-
 de exoriens per accidens: effusio igitur vnguenti su-
 per caput & pedes CHRISTI discubentis in cœ-
 na/ a Maria sorore Marthæ facta/dicetur infelix.
 quoniā exinde orta est obmurmuratio Iudæ: indis-
 gnantis qd non esset venditū illud vnguentū in pau-
 perū subleuationē. Immo & iniqua traditio eius-
 dem inde sumpsit occasionē: quam animo conce-
 pisse primū dicitur ob hanc vnguenti effusionem.
 Sed quis hanc vniōne merito infelicem vocauer-
 rit: quā dominus noster tantopere cōmendauit/ &
 in perpetuā ipsius vñctricis memoriam ac laudē/
 prædicandā per vniuersum orbem prædixit. Eoz
 dē quoq; modo & salutaris CHRISTI doctrina quā Matth. 26,
 sacro ore deprompsit populo/ & signorū eius ma-
 gnitudo & splendor/ infelix diceretur: quoniā &
 ex verbis ipsius & miraculis scribæ & pharisei con-
 citati sunt in zelum/ac calumniandi obtrectandi
 studiū. Quinimmo nullū fere dederis opus bonū:
 quin ea ratione ipsum etiam infelix dici possit:
 quoniam ex eo iniqui homines & peruerſi pleruna
 qd accipiunt scandalum/ & occasionem prava per-
 petrandi. Quod cum manifestū sit inconueniens:
 haud dissimili plane ratione id censendum est in-
 commodum & absurdum / qd culpa Adæ dicatur
 e .ij.

De qualitate

fœlix ob magnum illud beneficium deinde supers
ueniens: q̄ tantum ac talem habuerit redemptorē.
Præterea. Illius culpæ redemptor: ipsam sustu
lit/destruxit & exterminavit. et huiusmodi sublatio
destructio & abolitio culpæ: reuera fuit fœlix & sa
lutaris toti humano generi. Qz si culpæ deletio fuit
fœlix & salutifera nobis: nonne consequens est ip
sam culpam eiusq̄ commissionem/infœlicem fuis
se & exitialem? Si enim ablato alicuius est bona:
eiusdem mala est positio. **Q**uinimmo fœlix fuit
culpa Adæ per hypothesin: quia tam. benignum
& excellentem habuit redemptorem. Et ipse redem
ptor venit in mundum: vt ipsam corrumperet &
perimeret culpā. Ergo fœlix fuit Adæ culpa: quo
niam per CHRISTVM erat interimenda & destrue
da. Sed quis adeo desipiat vt alicuius positionem
& existentiam dicat fœlicem/eam potissimum ob
causam: quoniā ipsius interitus est futurus fœlix?
Is sane ipsum esse rei/ad eiusdē non esse ordinaret:
quæ plane ordinatio nequaq̄ est naturæ & recte raz
tioni consentanea. Haud sècus duci posset argumē
tum de necessitate peccati Adæ: per primā oratio
nis propositæ partē enunciata/hoc modo. Necessa
riū erat Adæ peccatum (quemadmodū dicunt) vt
CHRISTI morte deleretur. Mors autē CHRISTI
a deo ordinata est: in illius peccati destructionē ac
interitū. Erat igitur peccatū illud necessariū/ eam
præsertim ob causam: vt tandem aboleretur & abra
deretur. Quare necesse erat illud peccatū esse: quo
demū deduceretur ad nō esse/ac prorsus extermina
retur. et necessaria erat eius positio: quo tandem fieret
eius ablato. Et hoc pacto rursus existētia rei ordi
natur ad eius nō existentiā: quod est admodū abs

surdum. cum in rebus ipsis esse q̄ non esse sit natura præstantius. Immo ipsius peccati Adæ ablatio & destrucción: erat toti hūano generi ad salutē necessaria. Nō erat igitur ipsum peccatum nobis necessarium. Cuius enī destrucción necessaria est: positio & existētia nequaq̄ necessaria cēseri debet/ cū illa inter se pugnēt. ¶ Adde q̄ in illa prosa festi paschalis cuius exordiū est. Fulgēs præclara rutilat per orbē hodie diēs: in qua CHRISTI lucida narrātur ouāter prælia. canit ecclesia sancta & pie & reuerēter. Infœlix culpa Euæ: qua caruim⁹ ônes vita. Fœlix proles MARIAE: qua epulamur omnes vna. Si igitur a seipso nō dissideat ecclesia: quo modo recte decātabit. O fœlix culpa! eādemq; culpā nūc vt infœlicē dānabit: nūc vero vt fœlicē cū admiratione prædicitur. Nō videtur sane illa duo apte cōsētire. ¶ Insuper secundū sententiā beati Pauli. nō sunt facienda mala: vt inde eueniāt bona. Ergo etiā nō sunt laudāda mala propter hoc: q̄ inde euenerint bona. Si quis enī mala laudat in totius ecclesiæ cōspectu ac cœtu/ in officio ecclesiastico/ in diuinæ laudis cātico/ quia inde processerint bona: ex hoc suggerit audaciā audiētibus/ eorūq; animū fidētius impellit ad perpetrāda mala: vt inde proueniāt bona. Cur enī nō licet facere (dicet quispiā) quod ab alijs factū laudatur ac prædicatur? Et hæc hostis atque credi posuit astutia/ qua procurat mala laudari ob bonum sequēs: vt audacius ipellat homines ad mala cōmittēda sub prætextu futuri boni. quēadmodū nōnullos induxit legitur ad colēdū serpentē: dicētes ipsum in paradiſo induxit virtutis cognitionē/ & boni maliq; sciētiā. cū post trāgressionē diuini mādati: aperti sunt oculi tā Adæ q̄ Euæ. Et hi greca nūcuse, iij.

De qualitate.

Ophitæ.

patione ophitæ dicuntur Ophis enī: serpentē significat. Ex hoc etiā datur ansa & occasio hostibus nostræ fidei/insultandi Christianæ religioni & puræ & synceræ. q̄ cū ipsam dicamus virtutē omnē cōplecti & cōtinere: laudam⁹ tamē aperta & clā gente sacrerdotalis vocis buccina peccatū/prædicātes ipsū esse necessariū & fœlix. Et id quidē peccatū: quod ūniū peccatorū radix est & origo/ & ex quo in omnes homines peccati cōtagio profluxit. Quo enim modo persuadebūt sibi externi a nostra fide & cultu Christiano/religionē nostrā virtutis ūnis esse cultricē & vitiorū propulsatricē: cū intellexerint peccatū eo insigniri titulo vt necessariū dicatur/ & ita ī diuinis cōcinatur laudib⁹: cū itē acceperit culpā eo honestari noie: vt dicatur fœlix! Nōne in hāc facile iob idipslū adducētur opinionē/q̄ lex nostra peccata probet & culpas permittat vt licitas & cōcessas: cū illa audierint a nobis ī propatulo cōmēdaris cum itidē intellexerint nos ea quæ virtutis sunt propriæ necessariū inquā esse & fœlicē: peccato & culpæ cū laude ascribere! ¶ Porro & illud minus recte vides tur ī hac secunda propositione (quā discutimus) assertū: q̄ ipsa Adæ culpa meruerit talē ac tātū habere redēptorē. Quippe in ipsa culpa: nulla īuenit ratio meriti, quoniā in ea/ nulla est bonitas: quæ vel sola/est primaria ratio merēdi bonū aliqd/ vt p̄mīū aut redēptionē. Nō ergo meruit ipsa tantū ac talē (si proprie sit loquēdū)habere redēptorē. Alioqui deberetur ipsi culpæ ex sua cōditione ipse redēptor: quēadmodū virtuti debetur merces/ & operi iustitiæ apud homines remuneratio. qđ est absurdū. ¶ Adde q̄ opera iustitiæ humanæ nō meruerūt talē ac tantū redēptorē, secundū sententiā beatū

Pauli ad Titū scribētis. Nō ex operib⁹ iustitię que fecim⁹ nos: sed secūdū suā misericordiā saluos nos fecit. Ergo multo minus culpa Adę (quæ a ratione merēdi aliquod bonū est longe remotior: q̄ opera hominū bona) debet dici meruisse: q̄ talē ac tantū habuerit redēptorē ac salvatorē. ¶ Insuper sacrę litterā plane cōtestatur/ q̄ misericordia dei & amor eius eximius in genus humanū: est præcipua & sola causa datī nobis tāti ac talis redēptoris. Sic enī (inquit dominus ipse in euā gelio) dilexit deus mū Ioan. 3.
dū: vt filiū suū vnigenitū daret. vt omnis qui credit in eū nō pereat: sed habeat vitā eternā. Et beat⁹ Pau
lus ad Ephesios scribit: q̄ CHRISTVS dilexit nos/ Ephe. 5.
& tradidit semetipſū pro nobis. Cur igitur auferētes a dei bonitate quod ei soli debet attribui: aliquā meriti partē ad id bonū ascribimus ipſi culpe: aut saltē ex ipso enūciādī modo ac ratione: id significare videmur! Nā cū idipsum quod meruisse dicuntur culpa/ sit bonum excellens & egregium: & ipsa culpa quæ id meruisse perhibetur eo ipso & bona censemur & in bonorum numero reponenda. Si enim quod merito acquistum est/ sit bonum: & id quod illud acquisiuit/extimabitur etiam bonum.

39 ¶ Qz si quis contendat verbū merere nequaq̄ illic in propria sumi significatione: sed ipsum tantū dem significare/atq̄ obtinere vel consequi. quēadmodum dicimus leuē culpam mereri veniā: aut aliquē prius irretitum peccatis meruisse remissionem suorū peccatorum. volentes id solum significare q̄ leuis culpa facile obtinet veniā / q̄ ve peccator consecutus est dimissionē suorū delictorū. ¶ Fa temur quidē in hac acceptiōe culpā Adę meruisse: q̄ talē ac tantū habuerit redēptorē/ id est eā diuinæ e. iiiij.

De qualitate

bonitatis indultu id obtinuisse consecutāq; esse. At vero nichil est boni in ipsa culpa: propter quod obtinuit & adepta est tā ingens donū. Non ergo ob hoc cū admiratione est laudanda: cū in ipsa nulla inueniatur laudabilitatis aut cōmendationis ratio. Sed id solum est confitendum q; bene ac p̄aeclare actū est cū ipsa Adæ culpa: q; ipsa talē ac tantū habuerit redemptorē. quod quidē non ex se & sua natura: sed sola dei miserationē obtinuit. cui soli: idcirco debetur laus & gratiarū actio. Qz enim ex huius modi culpa deus id eduxerit protuleritq; bonū/redeptionē scilicet mūdi per mortē vnigeniti filij dei humana carne induti: omnino est ipsi culpæ accidētariū/ & p̄eter eius naturā. cū sit ipsi⁹ culpæ: corrūpere/destruere & perdere/ nō saluare aut cōseruare. Nō est igitur laudāda: aut fœlix denomināda culpa: q; quis eā cōsecutū sit grāde bonū/sed sola dei bonditas/quæ ex malo tātū bonū elicere p̄ducereq; est dignata. Haud aliter atq; si aliqua mulier post ipudicā vitā in fornicatiō & incōtinētia trāsactā ascisceretur a viro nobili & magnæ authoritatis in coniugiū: quo cōtractas prioris vitæ fordes emēdaret & titulo cōnubii insigni⁹ honestaretur: nō idcirco quis recte in hanc proruperit laudē. Ofœlix fornicatio: quæ talē ac tantū meruit habere liberatorē. Qzuis enī si nō p̄cessisset fornicatio/incōtinētia: q; vitæ: nō fuisset illa cōsecuta id matrimonij deus. nō tamē hoc acceptū referri debet fornicationi: sed benignitati eius qui fornicariam nō exhorruit in coniugium assumere. Et si quispiam letali corruptus morbo: ab egregio & medicæ artis peritis simo viro integre sanetur: non protinus laniare morbū oportet / & in eius exclamare p̄æconium.

O fœlix morbus: qui talem & tantū meruit habere medicum. Satius utiq; fuisset nō ægrotasse: q; post grauē morbū ab insigni medico esse curatū / & pri⁴⁰ stinæ sanitati restitutū . ¶ Nunc reliquum est eosrum rationes dissoluere: qui duas orationes prædictas contendunt verum & pium continere sensum/ ipsaq; suscipiendas & admittendas censent. Quazrum prima est hęc. Apud Matthæum dixisse domi^{Matt. 18} nus legitur. Necesse est vt veniant scandala. Væ autem homini illi: per quem scandalū venit. Ipsa autem scandala sunt mala culpæ : quia præstant alijs occasionem ruinæ. Ergo & hæc propositio. O necessarium Adæ peccatum : quod CHRISTI morte deletum est. similiter est admittenda quoniam consimilem datæ propositioni continet sententiam . ¶ Responsio . His verbis CHRISTVS non necessitatem indixit scādalis: q; omnino euenire debeant/ sed q; vētura essent predixit secundū Chrysostomi sententiā: ita eū Matthēi locū exponentis. Cū autē dicit CHRISTVS necesse est: nō destruit libertatem arbitrij/ neq; necessitati aliquarū rerū supponit: sed quod omnino futurū est prædictit. Scādala quidem sunt prohibiciones rectæ viæ. nō autem prædictio CHRISTI: scandala inducit. neq; enim quia predixit: propter hoc fit. sed quia omnino futurum erat: propter hoc prædixit. Sed dicet aliquis . Si omnes corrigātur / & nullus sit qui scandala afferat: non mendacijs arguetur hic sermo ! Nequaq;. quia enim præuidit in emēdatos futuros homines esse/ propter hoc dixit: necesse est vt veniāt scādala / id est omnino veniēt. si autē corrigēdi essent: nō dixisset. Hæc Chrysostom⁹. In pposita autē oratiōe: O necessarium Adę peccatū, nulla future rei signatur prænun^{Lucas 24:}

De qualitate

ciatio : sed de peccato iam olim commisso habetur sermo . Quare non est simile de hac & de illa apud Matthæum propositione : iudiciū . ¶ Potest & huic rationi alia adhiberi dissolutio . q̄ in illo apud Matthæum loco / dictione necesse signatur necessitas ex suppositione / & facta hypothesi : q̄ secundum consuetum præsentis vitæ statum in quo versamur / colapsa iā in deterius nostra natura / homines ut plurimū sequantur animi sui perturbationes & affectus immoderatos . Hoc enim posito tanq̄ causa antecedente : id tanq̄ effectus sequitur / q̄ malitia hominum multis prebeat offendiculum & exoriatur scandalum . vt presupposita & admissa causa / hominem scilicet ad malum pronitate / proclivitateq; ad sequendum appetitus inordinatos : enuncietur necessario effectus iste consequi / q̄ veniant scandalia . Sane hanc expositionem assignat Nicolaus Lira : eo in loco ita dicens . Ut veniat scandalum / non est necessitas absoluta : sed tantum ex suppositione . Si enim homines velint vivere mundane / id est in omnibus voluntatem suam adimplere : necessario sequitur ad hoc scandalum aliorum / quia non formidant proximos scandalisare . Potest & necesse eodem in loco signare utilitatem : quemadmodum exposuit glossa interlinearis . Necesse (inquit) est vt veniant scandalum . id est utile . vt qui probati sunt : meliores fiant . At in hac propositione . O necessariū Ad peccatum quod CHRISTI morte deletum est . neq; signatur necessitas ex suppositione : que aliquo tamq; causa presupposito / compellat Ad peccatum tanq; illius causę effectum accidere . quin immo ea dictio ne necessitatem signante / significatur (vt sentiunt)

Adæ peccatum esse necessarium : vt causa sine qua non consecutus fuisset effectus ille toti mundo salutaris / ut pote mors CHRISTI in deletione illius peccati. Neq; etiā particula necessarium / ibi utilitatē signat: ex eo peccato per se enascentē in alios / q; in eos q; id peccatū perpetrarunt. Quoniam ex eo peccato (si propria conditionis eius ratio attendatur : vt debet) nulli prorsus utilitas : sed grauis incommoditas toti humano generi haud dubie prouenit. Utilitas autem deinde consequens : non ex peccato / sed dei misericordia est profecta. Quare haud quaq; cōsimile censeri debet iudicium de ea propositione apud Matthæum posita : & de hac prima propositione / cuius veritas disquiritur.

¶ Secunda ratio. Beatus Paulus in prima ad Corinthios epistola dicit. Oportet autem & hæreses esse: vt & qui probasti sunt / manifesti fiant in vobis. Hæreses autem habent annexam secum malitiam . Oportet igitur & mala esse. Quare eodem iure refutanda non est ea propositio : quæ enunciat necessarium esse Adæ peccatum . **¶ Responsio.** His verbis apostolus non necessitatem indicat hæreseon / q; exurgant & oboitantur : sed eas futuras annunciat , quemadmodum innuit glossa: locum illum sic exponens . Nō vult nec optat apostolus esse hæreses : sed quia sic futurum est dicit . Et quia hoc utile est : ad quid utile / subdit. In oratione autē quę discutitur enūciā te necessarium esse Adæ peccatum: nulla rei future q; sit euētura fit mentio / sed de peccato quōdā commissō solus habetur sermo . Quare nō eadē militat ratio: de hac & illa ppositione. **¶ Potest & ad hāc rationem assignari alia dissolutio:** q; verbum oportet

1. Corin. II

De qualitate

in eo apostoli dicto necessitatem ex suppositione designat eaq; facta hypothesi: q; secundū præsentis status post lapsam in p̄cipitiū peccati naturā de cursum/homines vitā agāt/ & suas potius affectioz nes sequātur q̄ recte rationis ductum. Eniuero hoc tanq̄ causa posito: protinus inde enascitur/q̄ homines euntes post suas concupiscentias/ fuscitant plerunq; nouas sectas quibus pertinacius adhærent, & exinde suboriuntur hæreses tanq̄ effectus prauis: & fructus insalubres ex venenosa radice . Poteſt & idē verbum oportet / ibi tantudem significare : ſicut utile eſſe : quemadmodum exponit glosſa ordinaria/& Nicolaus Lira, non quidē habita ratione prauorum hominū: qui hæreses exuſcitant aut ſectantur, ſed bonorū: qui illis non contamīnatur nec inficiuntur. Perspectior enim eſt illorū fides : ſtabilis & inconcuſſa permanēs inter noxiarum hæreſeon diſſeminaſiones. Et ſecundum hanc rationem atq; conſyderationem: hæreses ipſæ/cauſæ ſunt manifeſtationis & declarationis incontaminatæ fidei eorum/qui illis non corrumpuntur nec inquinantur. Et huiusmodi causalitatē expreſſit apostolus ſequentib; verbis, vt & qui probati ſunt: manifestiſtant in vobis. In hac vero propositiōne. O neceſſarium Adq; peccatum: quod CHRISTI morte deletū eſt. neq; neceſſitas ex ſuppoſitione inuitnr: qua poſito aliquo fuerit conſequēs peccatū perpetrari/neq; vtilitas per ſe ex peccato pendens inſinuatur . cum nulla noſtrū genus ex ipſiſ peccati cōmissione fit cōſecuta ſuapte natura vtilitas: ſed grumna gratis & dira calamitas. Quod autē deide collatum eſt boū: non ex ipſo coortū eſt peccato vt illius propria cauſa / ſed ex miſeratrice dei benignitate . Quare

perspicitur nō esse idem iudicium de illo beati Pauli verbo: & presente propositione. ¶ Insuper duæ illæ propositiones ex sacris literis modo adductæ in presente scilicet & præcedente aliorū ratione: si simpliciter enunciant & nude alicuius mali necessitatem/non autem laudant nec commédat id malū. Quinimmo aliquid continuo annectunt: quo designatur id esse fugiendum & declinandum tanq; noxiū. Postq; enim dixit dominus / necesse est ut vobis Matth. 8. niant scandala: protinus subdit. Væ autem homini illi: per quem scandalum venit, Et ubi dixit apostolus. Oportet hæreses esse: mox subnectit. vt & qui probati sunt: manifesti fiant in vobis. Hæc vero propositio. O certe necessarium Adę peccatum: non absolute nec simpliciter enunciat malum aliquod esse necessarium. sed cum admiratione exclamationaria & assertione adiecta: illud commédat. quod minus videtur rationabile & religiosum. Et ex illo rursum percipitur magnum discrimen inter hanc propositionem quæ discutitur: & alias duas ex sacra scriptura productas. Non enim quicunq; enunciat aliquid necessarium esse: ille id ipsum laudat. Et potest quidem vere atq; rationabiliter enunciari/id necesse esse: q; mala veniant oborianturq; scandala & hæreses/secundum presentem rerum humanarum conditionem. Non autem recte videtur aliquid malum tanq; necessarium laudari posse: & sub aliqua boni ratiōne studiose commendari.

42. ¶ Tertia ratio. Duo angeli dominicæ resurrectionis nuncij / sanctis mulieribus officiosa sedulitate ante lucano tempore sepulchrum domini inuisenteribus: apud Lucam dixisse leguntur inter cetera de CHRISTO. Recordamini qualiter locut⁹ est vobis Lucæ, 24.

De qualitate

cum adhuc in Galilea esset: dicens. Quia oportet sū
lium hominis tradi in man⁹ hominum peccatorū
& crucifigi & die tertia resurgere. Et dominus no-
ster duobus discipulis in castellum Emmaus se confe-
rentibus: comes viæ factus) dixit. O stulti & tardi
corde: ad credēdum omnibus quæ locuti sunt pro-
phetę. Nōne hæc oportuit pati CHRISTVM: & ita
intrare in gloriā suam? Rursum discipulis vna con-
gregatis apparet: inter cætera dixit. Quoniam sic
scriptū est: & sic oportebat CHRISTVM pati: & re-
surgere a mortuis tertia die. CHRISTI autē passio
quis ab iniquis & maligno animo esset ei inflictā:
dicitur tamen necessaria ob magnum bonum ex ea
profectum: & in totum genus humanū trāffusum.
Quid ergo prohibet cōsimili ratiōe & peccatū Adę
necessariū dici: propter magnū beneficiū humanæ
redēptionis/ illius peccati occasione nobis indultū?
¶ Respōsio. Neminē latet: in passione domini duo
esse cōsyderāda/ irrogationē scilicet cōtumeliarū &
suppliciorū; ipsamq; tormentorū inflictionē a Iude-
is CHRISTO innocentī illatā. Et hæc profecto ma-
la fuit/ meritoq; vituperāda: quātauis bona præter
eorū ppositū fuerint illā psecutionē iniquā cōsecu-
ta/ neq; qf q hāc malitioletiā & inuidiā persequētiū
laudandā dixerit. Vnde Isidorus illud dictū Luce/
secūdo loco in ratiōe adductū exponēs: ait. Sed et si
oportebat CHRISTVM pati: tamen qui crucifixi-
tū/rei sunt pœnæ. non enim fatagebant perficēre:
quod deus disponebat. Vnde & eorū executio fuit
impia: dei vero dispensatio/prudentissima. qui n̄
quitiam eorum in beneficia generis humani cōver-
tit: quasi vtens vipereis carnibus ad antidoti salu-
tiferi confectionem. Hæc ille. Est & in passione

Ibidem.

Ibidem.

Isidorus.

domini secūdo loco consyderāda spontanea perpes
sio iniuriarū probrorum & crucifixionis: quā per-
tulit CHRISTVS obediens patri vscq ad mortem/
mortem autem crucis. Et hēc voluntaria mortis to-
leratio (quę passionis nomine pprie signatur) sua-
ptc natura bona fuit. nam a deo preordinata in sa-
lutem humani generis: & a CHRISTO in hunc fi-
nem relata / atq in totius mundi redēptionē sponte
exhibita. Idcirco iure laudatur ipsa / & necessaria
predicatur: vt sine qua salui esse nō potuerimus. &
ipsam nō accidētatio aut occasione quadā sed vt p-
riam & accōmodatā carissimam consecuta est nostra
redēptio: ad quā dinino cōfilio & ipsius CHRISTI
benepacito erat ordinata. Et de hac tolerantia op-
probriorū & mortis intelliguntur ipsa angelorū &
CHRISTI verba i ratiōe adducta: q̄ dicūt q̄ oportet
bat CHRISTV pati. Quoniā idipſū vtpote CHRI-
STVM pati/bonū ex se erat: si eternī patris prēdiffi-
nitionē / si patiētis animū & finē quē p̄ficituit attē-
das / si deniq̄ fructum salutarē inde exortū consyde-
res. In peccato autē Adæ nichil horū inuenias: ob
quod merito necessariū dici iure possit. Nā neq̄ ap-
probatum a deo / neq̄ obrēctum finem & secūdum
virtutis regulam est commissum: neq̄ ad aliquorū
dellinatum salutem. quin potius horum omnium
opposita: in illo est inuenire. Optimo igitur iure
fatemur oportuisse pati CHRISTVM: inficiamur
tamē eadem ratione peccatum Adæ dici posse ne-
cessarium.

Philip. 2.

43 ¶ Quarta aduersariorum ratio. Beatus
Paulus ad Romanos scribens asiruit / q̄ iniquitas
nostra iustitiam dei commendat: q̄ itidem veritas
dei in nostro mendacio abundat in gloriam. Ip-
sam autem dei iustitiam commendare / & veritatem
Roma. 3.

De qualitate

eius abundatiore gloria declarare: rationem habet boni laudeq; & commendatione est dignum. Peccatum igitur Ad eum etiam necessarium recte dicetur consimili iure: qd diuinam commendat misericordiam / occasioneq; prestitit qd viscera misericordiae suae nobis deus exhibuerit in illius peccati deletioe per morte CHRISTI. ¶ Responsio. Admittendum est sane qd nostra iniquitas iustitiā dei commendat: eo ipso qd illam puniens deus iustum se declarat & suę iustitiae rectitudinem in ea animaduersione patefacit. Ita & nostrum mendacium plectens seueritate sua deus: uberius ostendit veritatis sue gloriam/ quae in hac nostri mendaciū punitione clare elucet. Quocirca recte refellit eo in loco beatus Paulus: atq; reiçit quorundam inualidam illusionē. qui ex eo dicto eius & vero & recto / qd iniquitas nostra iustitiā dei commendat/colligere voluerunt: qd iniustus est deus qui infert iram/sumitq; vindictam de peccatis hominum/ cum illa faciant ad commendationem gloriae eius. Debuissent enim potius cōcludere oppositam omnino sententiā: qd scilicet iustus est deus inferens iram atq; vltionem peccatorib; & hoc modo suam declarans iustitiam per nostrae iniquitatis malignitatem. Ideo inficiatoriā subiectens eo loco particulā Paulus scilicet absit: non quod assumpatum est interimit nostram videlicet iniquitatē iustitiam dei commēdere. sed solū id quod colligitur iniustum scilicet esse deū qui infert iram / abnegat ut falsum: & ipsam pariter colligendi rationē/ modumq; destruit. qd infirmus sit ac inualidus / ex vero falso subinferēs. Sed nunquid idcirco aut iniquitas nostra aut mendacium / cōmendationē meretur & laudem : quoniam dei commendat iustitia

& veritatē nichilo certe magis: q̄ morbus cōmen-
dans industriam medici ipsum depellantis & tene-
bræ lucis virtutē declarantes in ipsarum propulsas-
tione, quin potius vituperiū merentur & condēna-
tionē: quoniā ob hanc iustitię diuinę cōmendatio-
nē nichil eis malitię aut prauitatis substrahitur. Ita
sane et si peccatū nostrū bonitatē dei manifestat/aut
benigniter expectantē nos ad pœnitētiā/ aut dimīt-
tentē misericorditer illud cū resipiscim⁹ ad bonū:
nullā tamē ideo habet rationē boni aut cōmēdati-
onis causā/sed sola dei lōganimitas aut miseratio
est prædicāda. Haud aliter Adę peccatū declarans
eximiā dei in nos charitatē/qui pro illo abolēdō fi-
liū suū misit in terras/& tradidit i nostre redēptio-
nis prēciū: aliquid nequaq̄ meretur cōmēdationis
aut laudis/quoniā nullā ex eo assumit boni ratio-
nē. Alioqui ḥone peccatū quantūvis graue cēsebitur
cōmēdandū & laude prēdicandū: quoniā aut in ei⁹
punitione relucet equitas & rectitudo diuinæ iusti-
tiae/aut in eius dimissione innotescit ipsius mises-
ricordia. quod est absurdū.

44

¶ Quinta ratio. Ad Ro-
manos scribēs apostol⁹ ait. Gratias autē deo: q̄ fui-
stis serui peccati. In quib⁹ verbis deo exoluit grati-
arū actiones: q̄ Romaní pri⁹ fuerint peccato subie-
cti. quod licet absolute fuerit malū: habita tamē ra-
tiōe ad bonū sequēs scilicet liberationē a peccato &
iustificationē/quodā modo cēsetur bonū & gratia-
rū actionē dignū. Simili igitur ratione & peccatū
Adę necessariū recte dicetur ob bonū cōsequēs: cui
prēbuit occasionē & materiā/eaq̄ ratiōe laudē me-
rebitur.

Roma. 6.

¶ Respōsio. Qui hāc afferūt rationē: nō to-
tā adducūt Pauli sentētiā cōtinentē integre idipsū
in quod fertur ipsa gratiarum actio, sed priorē tā-
f.j.

De qualitate.

tū modo partē eius/prætermissa fecūda: quę quidē posterior pars verā & primariā cōtinet causam ob quā gratias agat deo Paulus. Ita enim prædicto in loco dicit. Gratias autē deo q̄ fuisti serui peccati: obedistis autē ex corde in eā formā doctrinę in quā traditi estis. Vbi gratias agere deo se cōtestatur Paulus eā ob rem/q̄ cū prius fuerint serui peccati: postea tamē obedierint doctrinæ euāgelicæ per Paulū eis traditæ/cuius susceptione liberati sunt a seruitute peccati. Itaq; potissimū illic gratiæ agūtur ob promptā illā Romanorū obedientiā ad suscipiendā fidei doctrinam: quæ haud dubie bona est: & diuino munere ipsis indulta. Quemadmodum si quis alteri dicat. Gratias ago deo/q̄ graui morbo fuisti correptus: nunc autem conualuisti & integræ restitutus es sanitati. is non de morbi molestia gratias agit deo: sed de conualeſcentia & ſoſpitate post molestiam morbi recuperata. Sans hanc ſententiam prætendit glossa interlinearis: eo loco dicens. Ego autem ago gratias de eo: q̄ cum primū tales: modo non eſtis. Et Nicolaus Lira eūdem exponens locum: ait. Gratias autem deo / q̄ fuisti serui peccati: sed modo non eſtis. Gratia enim (inquit) non ſunt agendæ de peccati commiſſione: ſed de eius dimiſſione. Hæc ille. Quemadmodum nec de longa in carcere aut tenebris detinenteſ quiſ deo gratias ceneſat agendās: ſed de eductiōne a tenebris in claritatem lumenis / & de liberaſiōne a carceris horrore reſtitutiōneq; in libertatem. Que duo poſtema: & bona plane ſunt / & gratiarum actione digna. Peccatum autem Adæ nichil in ſe habet commendabile/nichilq; laudabile: ob quod cum inſigni præconio dicatur neceſſarium. Quas

45 **re ex dicto apostoli verbo non conuincitur ipsum**
tali nuncupatione celebrandum. ¶ **Sexta aduersa-**
riorum ratio. Venerabilis & eximus pater Ricar-
dus de sancto Victore in octavo capite sui libri de
incarnatione verbi prædictas duas propositiones
approbat: ita dicens. Nonne Eua magis credidit Ricardus
serpentem: q[uod] suo & tam benefico creatori? Nonne de sancto
Adam elegit magis offendere omnipotentiam: q[uod] Victore.
coniugem suam? Quomodo ergo post tantæ pre-
sumptionis audaciam/ tranquillā cōscientiam ob-
tinenter/ vel de corde delerent notam cōfusionis:
si in nullo satisfacerent? Nunc autē fidelium deuotio
magis gloriatur de redēptionis suæ satisfactione:
q[uod] prius confusa sit de tantæ deiectionis opprobrio.
in tantū ut vbiq[ue] terrarū ecclesia fidelium; cū omni
fiducia canat. O certe necessariū Adæ peccatū/ & no-
strū: quod CHRISTI morte deletū est. O fœlix cul-
pa: quę talē ac tantū meruit habere redēptorē. Per-
spicua igitur ratio docet: q[uod] sine satisfactione homo
ad plenū reparari non posset. Hæc ille. In quibus
verbis prædictis author (qui magnè & grauis est au-
thoritatis) admittit & acceptat duas illas propositi-
ones: de quib[us] præsens agitur disceptatio/asserēs eas
in vniuersa fidelium ecclesia deo cōcini. Nō sunt igi-
tur dictæ propositiones aut improbadæ aut refutā-
dæ. ¶ **Responsio.** Magni ponderis & momenti fa-
teor esse Ricardi authoritatē in iis dictis suis: quæ
rectæ rationi & veritati consentiunt. Si qua autem
secus se habeant: potest quis libere & sine aliquo
præiudicio ab eius discedere sententia. Tale autem
videtur quod modo propositum est: & ex eo ad-
ductum. Siquidem astruit vbiq[ue] terrarum ecclesiā
fidelium cum omni fiducia canere duas (quas subz-

De qualitate

ne&tit) propositiones: quod nō omnīquaq; cū veritate consentit. Non videtur sane ipse Ricardus compertum habuisse: ipsas orationes geminas nequaq; apud Heduos/ Senonas/ Carnutes/ Cenomanos/ Remos/ & Morinos/ Cluniacosq; concinī: neq; in libris eorū ecclesiasticis reliquæ benedictioni inseri, qui tamen haud magna locorū intercapedine ab eo seiuicti fuere. Quo modo igitur de distatioribus ecclesijs & maiore terrarū interslitio ab ipso semotis potuit exploratū habere: q; illę ppositiones cū omni fiducia i ipsis decatarētur? Aut si ea tēpestate qua vitā agebat Ricardus/ vbiq; terrarū canebātur: quis eas postea sustulit a cōpluriū ecclesiariū libris/ vt nostra tēpestate non vbiq; canantur? Præterea neq; id ratum est & perspectum: ecclesiam fidelū vbiq; terrarum hanc concinere propositionem. O certe necessarium Adæ peccatum/ & nostrū: quod CHRISTI morte deletum est. Ecclesiæ namq; pontificales/ in benedictione cærei paschalis canētes duas illas propositiones: non habent adiectam hanc particulam & nostrum/ sed sola (quātum norim) ecclesia canonicorum regularium/ eiusdem quam viuens ipse tenuerat professionis & regulæ. Non igitur vbiq; terrarum ea canitur propositio: quæ in unica castari ecclesia comperitur. Rursus non videtur id vero esse consonum/ nostrum peccatum esse necessarium ad beneficium humanæ redēptionis obtinendum: eo modo quo Adæ peccatum diceretur ad id bonum consequendum/ necessarium. Nempe peccatum nostrum qui lōgo temporis interuallo sequimur domini nostri passionem/ & ea tempestate degimus: qua/ea concinuitur benedictio cærei: non recte dici potest causa sine qua non fuīs-

set exhibita CHRISTI passio; & mors peccati de-
structiva: sicut peccatum Adæ. Etsi enim nostrum
non fuisset peccatum post ipsius Adæ prevaricati-
onem: nichilo secius mortem passus fuisset CHRISTUS
pro totius mundi redemptione/ & ad tollen-
dum quod aduersum nos erat chirographum pec-
cati. Quomodo igitur vere dicetur nostrum pecca-
tum necessarium : & eo commendabitur titulo ac

46 nomine? ¶ Septima ratio. Beatus Thomas Aqui-
nas in tertia parte suæ summe/ questione prima/ ar-
ticulo tertio/ inquit in dissolutione tertiae rationis.
De⁹ enim permittit mala fieri: vt inde aliquid me-
lius eliciat. Vnde dicitur ad Romanos quinto. Vbi
abundauit iniquitas : superabundauit & gratia.
Vnde & in benedictione cærepi paschalis dicitur. O
fœlix culpa: quæ talem ac tantum meruit habere
redemptorem. Sanctus etiam Bonaventura circa
finem ultimæ questionis quam discutit in quadra-
gesima sexta distinctione primi libri sententiæ:
vbi ostendit permixtionem malii cum bono mul-
tum facere ad venustatem/ & decorum atq; comple-
mentum vniuersi: demum dicit. Vnde Gregorius
in benedictione cærepi paschalis. O fœlix culpa: quæ
talem ac tantum meruit habere redemptorem. Alij
itidem recentiores scriptores: easdem recipiunt/ &
concinendas censem duas propositiones. Sunt igit
ur ipsæ recipiendæ/ quas tantæ authoritatis & san-
ctitatis viri approbarunt: & in suorum dictorum
corroborationem adducunt. ¶ Responsio. Magni
certe facienda est amborū insigniū scriptorū iam
adductorū authoritas: vbi rationi/ solidæ & proba-
tioni est innixa/ & eo munita robore. Cū vero sine
ratione ac eorum quæ afferūt cōprobatione) simus
Roma. 5.
f. iii.

De qualitate.

pliciter & nude quicq̄ enunciant: tantum ipsis deferendum est/quantū recta sinit ratio & efficax probatio; quæ in eam partem adduci posset. Vterq; autem ipsorum in locis ante citatis/nude ac simpliciter enunciant illas propositiones. Simpliciter in quā/id est nulla adhibita ratione siue probatione nulloq; cōprobationis præter authoritatem fulcimento adducto. Nullā siquidem afferunt causam: ob quā ostendant illam propositionē quæ fœlicem appellat culpā Adæ/recipiendam esse: nisi simplicem & nudā authoritatem. Quo quidē modo cum proponūtur aliqua nō vsq; quaq; rationi & scripturæ sancte cohæretia/ab authore & graui & probato dicta: quidnā adigere nos debet ad ea recipienda: nōne refutari iure possunt quæ ipsa refellit ratio: & modus loquendi sacrarū literarū? Neq; ipse ita in Thomæ aut Bonauēturae verba iuraui: vt quęcūq; ipsi dixerint/ ea protinus vt oracula aut sacra eloqua recipere debeā / reiecta prorsus omni ratione nitēte in cōtrariū. Sum etenim (vt ait Horatius)

Horatius.

Nullius addictus iurare in verba magistri.

Quo me cunq; rapit tempestas: deforor hospes.

Qz'autē Gregorio vt primario authori ambas eas propositiones quæ discutiūtur ascribāt : nichil me permouet. Id enim faciunt: sequētes vulgatā & quę apud omnes est protrita opinionē/ attribuentē beato Gregorio illarum duarum propositionū compositionē. quod tamen non omnino compertū esse nec certū: supra numero. 10. est ostensum. Et vbi res ipsa ita se haberet/ sanctus Gregorius eas contextuisset/ vt sentiunt: eius tamen authoritati non amplius concedendum est/ q̄ veritas & efficax ratio permittunt. ¶ Octaua ratio. Malum ad ipsius 47

vniuersi decorem & complementū quodam modo pertinet: quatenus ordinabile in bonū manifestationem scilicet diuinæ iustitiae suæ misericordiæ declarationē. Dicit enim Augustinus in vndeclimo libro de ciuitate dei q̄ sicut pictura cū colore nigro suo loco posita/pulchrior est: ita vniuersitas rerum ex peccatoribus est pulchra. Rursum idem in libro eodē ait. Sicut contraria cōtrarijs opposita/sermonis pulchritudinem reddunt: ita quadā non verborū sed rerū eloquentia/contrariorū oppositione/seculi pulchritudo cōponitur. Quinimo non desunt praeclarī & graues scriptores/qui censem maiorem esse vniuersi decorem nunc cū bonis permixta sunt mala: q̄ si extirpato proorsus malo/sola conspicerētur & elucerent bona. Quid ergo vetat peccatū Adæ dīci necessariū: ex quo deus tātum elicuit bonum/redemptionē scilicet humani generis / cui id malū p̄st̄tit occasionem? ¶ Responsio. Id nequaq̄ ex ipsis mali natura proficiscitur: q̄ decorē afferat ac ornatū vniuerso/cū ipsis propriū sit:naturā labes factare corrūpere/pdere & destruere, sicut ipsis boni cōditio est: saluare naturā atq̄ cōseruare, vt author est beat⁹ pater Dyonisius in libro de diuinis nominib⁹. Vbi etiā dicit pulchrū ipsū idē esse quod bonū:& pulchritudinē verā ipsi bonitati cognitione affinitateq̄ cōiunctā. Quare idē est ex opposito: malū & deformē. At quod deformē est suapte natura: quomodo ex se afferet alteri rei ornatū&venustatē? neq̄ igitur malū de se pulchritudinē inducit & ordinē vniuerso: sed id solū proficiscitur ex ipsis dei sapientia/redigēte malū qđ de se inordinatū est/ in ordinē iustitiae:& eliciēte ex malo bonū/vtpote manifestationē suæ equitatis & misericordie. Sed ppter f. iiiij.

Dionysius.

De qualitate

hoc nulla debetur laus ipsi malo/nec cōmendatio; quoniam id præter naturam eius accidit. Qz vero malum/ad complementū attineat vniuersi/qz de- centior sit totius mundi decor ac venustas in hoc rerum statu quo mala sunt immixta bonis/ q̄ si eli minato & exterminato prorsus omni malo sola su pereffent bona: non vſcqzquaq̄ certū est & exploratum. Quoniā semota prorsus omni malicia: haud minus cōpleta esset mundi integritas/ quinimmo completior & maiorē præferens pulchritudinem. quemadmodū syncera claritas & nullis permixta tenebris/fulgentior est: q̄ aliquā habens partē tenebrarum/aut vmbrae obscuritatē. Et cōmendanda magis respublica: in q̄tia ciues omnes boni sunt (quod potissimum teste Aristotele exquirit legislator) q̄ quæ plerosq; continet ciues/declinantes a re- & titudine iustitiae. Sed nonne ciuitas illa Hierusalē in supernis effulgēs/& ex diuersis sanctorum ordi- nibus pulcherrime disposita: absolutissima est & perfectissima: a qua tamen omne malum exulat: & nichil inquinatū illam ingreditur. Hic autē mū- dus sensibilis & hominū in eo status / incolatus/ & ordo: illius est imago/repræsentatio/ac effigies. que suo exemplari propinquius assimilaretur: si nullā haberet maliciæ labem. Eset igitur ex hac propio- re imitatione ad suum exemplar/completior et per- fectior huius mūdi concinnitas & decor: si omnis abrasa esset ab ea mali scoria & tabes. Necq; idcirco misericordia domini & veritas minus q̄ nunc ma- nifestarentur in iusta præmiorū distributione/ am- plioreq; mercedis q̄ exigant opera nostra remune- ratione. Nō itaq; ob hoc vt manifestetur dei in nos misericordia: peccatum Adæ dici debet necessariū.

Apoca. 12.

CQZ si quispiam insistat. Beatus Gregorius in principio primi libri suorum moraliū ipsum Iob primū ob id commendat: q̄ inter gētiles habitās rectā fidem & vitā seruauerit. ostēditq̄ multiplici scripturæ testimoniō: probitatē vītē inter prauos insignius elutere. Id igitur decoris affert malū vniuerso: q̄ eminētius commendat bonū iuxta se positū eiusq; dignitatē reddit spectabiliorē. Reddēda ē illi respōsio. eā cōditionē malo cōuenire nō propter aliquā pulchritudinis rationē quā extra se diffundat in alia: sed propter naturā oppositionis ad bonū q̄ soleant opposita cū iuxta seiuicē ponūtur / magis elucesce:re. Excellētior autē & longe præstātior est pulchritudo: quę ex mutua virtutū effulgētia atq; irradiatione consurgit. cum ille nullis permixtę cōtrarijs: venusto decore inter se collucent & rutilant. Sane si singularē vnū hominē ad alterū cōferre lubet: haud cēsebitur in cōmodū admittere / q̄ vn⁹ q̄spiā in hoc statu naturę lapsę cōsistēs: ardētiorē habeat charitatē/ apriorē gratiā/ maiorē bonorū operū pfectiōnē/ ob quā euehendus sit ad sublimiore gloriæ cœlestis sedē. q̄ alius quisq; obtinuisse: in naturę icōtamina: tē statu collocatus. sicut & ediuerso vnuis prioris statu assignari potuisset excellētior gratia & gloria: q̄ alius in hoc prēsente rerū statu cōstitutus. Cōferēdo tamē generati totū priorē statū ad secundū: multo insignior fuisset illius q̄ sit huius venustas/ ornatust & decor. quoniam in illo naturæ cōditę statu in omnib⁹ & singulis fuisset virtutis pulchritudo: illu: stri nitore clarescēs. ex qua in vniuersū diffusa virtute: maior fuisset collecta rerū concinnitas/species/ & gratia/ q̄ nūc colligatur ex raris licet multū excellētibus paucorū hominū virtutib⁹. Liqt igitur bonū

Gregorius.

De qualitate

malo impermixtum/ampliore prese ferre decoris
formam & ornatum: q̄ si malo permisceatur/quod
pulchrā boni faciē sua iformitate quoquo pacto cō-
maculat/obnubilat/ & grauiter offuscat. ¶ Nona
ratio. Ecclesia Romana quæ ecclesiarum omnium
est primaria & mater : illas duas ppositiones canit
insertas benedictioni cæreui paschalis. cuius ordinati-
oni refragari aut improbare ritum : nefas est / &
temeritate non vacat . Ecclesia etiam Parisiensis &
Picauensis/aliæq; permultæ: easdem continent p-
positiones & solēniter cōcīnūt . Vt si in numerū
redigantur ecclesiæ pontificales/ illas propositiones
decantantes: lōge maior erit ille numerus q̄ earum/
quæ duas huiusmodi propositiones illi benedictiōi
non habent insertas. Quod autem maiore ecclesiariū
pars approbat conformis ecclesiæ Romanæ: id tota
ecclesia probare non ab re dicitur. Nō debet igitur
in dubium reuocari: quod tanto tempore (ab ipsius
scilicet beati Gregorij pontificatu) & a tot tantisq;
viris ecclesiarum rectoribus / immo vniuersali fere
ecclesia/vsu tam diuturno est approbatū. ¶ Respon-
sio. Vt sæpius ante sum protestatus: de ipso ecclesiæ
ritu nichil in presentia discepto/ neq; eos improbo:
qui prædictas duas propositiones cum reticentia &
veneratione canunt. Neq; illos etiam improbo/ qui
easdem prætermittunt & prætereunt/ eam ob rem:
q; in suis libris non contineantur. Videntur tamen
meo iudicio (quod grauiori aliorum censurę semp
submitto) potius omitteundæ illæ duæ propoſitio-
nes & submouendæ ab ipsa benedictione paschali
q̄ decantandæ: qnō tantā præſe ferant pietatem ac
religionem/quantam aliæ quibus intermiscentur.
Aut si proſsus nō submoueātur: in alteram potius

commutandæ forent sententiam / laudi deo debitæ
conformiorē. vt hanc gratia exēpli. O nocētissimū
Adæ peccatū : sed CHRISTI morte dcletū. O infœ-
lix Adam : nisi talem ac tantū habuisset ipse redem-
ptorē. aut aliā quāuis/nichil nisi piū & deo dignum
sonantē: quam tota probaret ecclesia . Deipſis autē
propositionibus prædictis secundum se confyde-
ratis / & nulla ad ritum ecclesiasticum habita contē-
platione/versatur p̄ſens q̄estio: an pium contine-
ant ſenſum/Christianaq̄ religione dignum . ¶ Id
vnum tamen hic adiecerim: pleraq; in ſacris ædib⁹
cani/permifſoria quadam confuetudine & inuetca-
rato vſu. quæ ſi in examen venirent & exa&te diſcu-
terentur: aut commutarētur in aliam formam/ aut
penitus tollerentur. Commendandumq; eſſet illud
ſacrorum antiftitum/grauiſſimorumq; patrum/ec-
clesiārum moderamen habentium/studium: quo vt
paleæ a granis ventilabro ſeernuntur: ita minus di-
gna diuinis laudibus/apocrypha /& ſacris rebus in-
decentia/refecarentnr acuta falce authoritatis ipſo-
rum ab agro dominico: diſſepararēturq; ab ijs que
ſancta ſint/ſyncæra/ac pura. & hæc ſola : deinceps in
officij ecclesiastici vſū affuſſerentur. ¶ At ne gratis
49 & præter rationem hæc dicere videamur : afferā-
mus ex multis vel vnum exemplum eorum quæ
conciuntur in templo dei / cum minori q̄ deceat
noſtræ religionis cultum/pietate ac reuerentia. Id
ipſum autem eſt quod in vna proſarum dominic-
æ natuitatis (cuius initium eſt . Eia recolamus
laudibus pijs digna) ad ſecundam miſſam hu-
iſſe ſolennitatis in pleriq; ecclesijs cantatur . O
culpa nimium beata : qua redempta eſt natura .
Quæ quidem propositio ex eadem videtur p̄diſſe

De qualitate

officina consimiliq; fabricata incude: qua duæ illæ orationes de quibus præsens agitur disceptatio. q; sententiam fere eandem contineat & ab aliarū sensu non multum disparem: quinimmo (quātum sensio) minus rectam & sanam/ quæq; magis offendere posset & ledere pias aures. Quis enī syncæro in deum animo affectus/ non grauiter ferat in tanta celebritate dominici natalis & in ipso altaris sacrificio: culpā Adę cum exclamatione laudatoria prædicari valde beatam! quę sacrarum literarum testimonio: pernicioſa fuit admodum/ exitialis & funesta / atq; in totum genus humanū suę tabis venenum diffudit. Cur nō potius miserā ipsam & infœlicē (vt vere erat) esse depromūt ac infœsta? ad quā abolēdā ipse dei filius trabea nostrę mortalitatis indutus: eo die natalitio de virginali thalamo pdijt in mundū. Sed & illud nō minus ęgre imo moleſtius ferendū: quod illico subnectitur. per illam scilicet culpam: redemptā esse naturā humanā. cum ex testimonio beati Pauli ad Romanos/ numero hui⁹ disceptationis secūdo/ prius adducto: cōstet vel apertissime/ per huiusmodi culpā / cōdemnatā esse naturā nostrā & morti addictā. Nūquid oro per eandē culpā: & dānata est natura nostra / & redēpta? Quonā (dicant) pacto illa duo simul cohærebunt: & de eadem culpa dīci vere poterunt? Nonne etiā qui deo cōcīnunt/ O culpa nimium beata: qua redēpta est natura/ causam redemptionis naturę nostrę effectricem asserunt esse culpam Adę: & pronomine illo ablativo huiusmodi causalitatis rationem innuunt? At rogarē velim eos qui hunc probant concētum in officio ecclesiastico: in quo genere causæ ipsa culpa Adę cooperata fuerit ad nostram redemptionem?

Quod si dicant eam fuisse causam sine qua non fuisset redempta nostra natura: quemadmodum in duab⁹ reliquis dictum est propositionibus/non plene satis faciūt. cum illud causæ genus/minimum sit/nichil coefficiēs neq; ponens aliquid/sed negatiuam solū habens causalitatis habitudinē. In dicta autē propositione illius relatiū connexione & nota / signatur causæ positivæ & affirmatiuæ habitudo ad sequentē effectum: & positio causæ effectricis astruitur. quę sane causalitatis ratio: nequaq; culpe Adę cōgruit. Cur igitur non ita deo concinūt. O culpa nimium funesta: qua damnata est natura . aut ut minor fiat verborū a priore contextu permutatio. O proles nīmum beata: qua redēpta est natura . vt cuiq; quod suū est tribuant. ipsi scilicet culpæ: quæ suæ conditioni congruunt . & ipsi superbeatæ proli quæ tūc in lucem virginali partu est ædita : ea laudum preconia/quę eius dignitati & celsitudini conueniūnt.

Caeterū in propositione modo adducta ex prosa ecclesiastica/accōmodatius adhuc dicitur redempta esse natura: q̄ in secūda propositione de qua agitur disceptatio/ipsa culpa habuisse redēptore. Si enī habuit redēptore culpa: ipsa est redēpta / a captiuitate erupta/& saluata. quod nō videtur (si apte loqui voz lumus) admitti debere. sed potius: q̄ est deleta/destruēta/exterminata & abolita. Naturā vero humānā:redēptam esse/& a morte erēptā/ recte astruim⁹.

Quod si quis dicat culpā/cum ibidē prēdicatur fœlix/ accipi pro natura humana culpę subiecta : peregrina est illa culpæ acceptio/& sacris literis atq; authōrib⁹ insueta. Cū enim peccatū & culpa idē omnino signēt: quid rei est/q̄ peccatū in prima propositiōne que hic discutitur/pro iniquitate sumitur / culpa

De qualitate

verò: in secunda oratione/pro natura iniūitati obnoxia.
¶ Decima ratio . In propositionibus a sanz
&is patribus positis aut in vsum ecclesię receptis/nō
oportet quēq̄ ita affigi diſt̄ionib⁹ & h̄erere literæ:
vt eas in illo tantum sensu accipiendas putet/quem
ipsa vocabula ex prima sua significatione reddūt.
Multæ siquidem propositiones & in sacris contens-
tae literis & a probatis depromptæ authoribus: si in
eo accipientur sensu (quem vulgo grammaticalem
yocant) videbuntur falsæ & rei ciendæ/quæ tamen
in sensu secundum quem astruuntur a suis authori-
bus: & verè sunt & recipiendæ. Ergo & prædictarū
duarū ppositionum exquirēndus est sensus : iuxta
quem & a primo authore sunt aeditæ & in vsum ec-
clesiasticum assumptæ. Et is proprius haberi debet
earum sensus. Qui cum & verus sit/ & pius / ac reli-
giosus: quid vetat eas recipi & a toto cōetu Christia-
no approbari? ¶ Responsio . Admittēdum sane est
quicquid hæc proponit ratio: ad eum vscq̄ locū quo
assumit/ proprium duarum propositionum quæ di-
scutuntur sensum : verum esse & pium ac religio-
sum. Id enim (vt præcedentia monstrarunt) anceps
est admodum & ambiguum. Si enim proprius di-
catur esse illarū sensus/qui numero. 11. &. 34. supe-
rius est assignatus: necq̄ omnino adhuc habetur ve-
rus/ neq̄ pius videtur nec religiosus/ quemadmodū
disceptatoriæ ratiocinationes prius adductæ liqui-
do pandunt. Quocirca sensum huius modi propri-
um/ qui idem & verus sit & pietati in deum habēdæ
consonus: præsenti discussione exquirimus. parati
vbi primum assignatus fuerit illum cupide ample-
cti: & obuijs (vt aiunt) vlnis suscipere atq̄ approba-
re. Quærant itaq̄ mecum omnes/ & hanc discepta-

tionem teo compositam animo vt diligentí multorum indagine demū elucescat veritas: euoluant syn-
cera mente/serenaq; fronte admittant. quo tandem
patefacta veritate quam venamur: vt filij veritatis
ab ea liberemur. semotaq; demum omni ignorantia caligine:
candidissima illis luce perfruamur/
benignitate & gratia domini nostri IHESV CHRISTI:
qui est via/veritas & vita . Cui sit laus / honor
& gloria:in sempiterna secula. Amen.

Absolutum est hoc opusculum/continens apolo-
geticā disceptationem de necessitate peccati Adæ
& fœlicitate culpæ eiusdē/ atq; in lucē emissum:
Parisijs / in officina Henrici Stephani e regione
scholæ Decretorum sita. Anno ab incarnatione
domini (qui illud peccatū delere venit: & nos redi-
mere) decimonono supra millesimum & quin-
gentesimum/die vero Februarij decima sexta.

Folio. 35. facie secunda. versu 21. e regione para-
graphi **P**orro: in margine iterori/ponatur, 38.

